De orationis

ὑπὲρ τοῦ στρατιώτου

quae inter Lysiacas tradita est causa, authentia, integritate.

Dissertatio Inauguralis

Quam

Ad Summos in Philosophia Honores

Ab Amplissimo

Philosophorum Ordine Lipsiensi

Rite Impetrandos

Scripsit

Otto Rudolfus Pabst

Stollbergensis.

Stendalis

Typis Franzenii et Grossii

MDCCCLXXXX.

MAXIMILIANO ERLERO

PRAECEPTORI VENERANDO

SACRUM.

De orationis

ὑπὲρ τοῦ στρατιώτου

quae inter Lysiacas tradita est causa, authentia, integritate

scripsit

Otto Pabst.

Inter eas orationes, quae quamquam in corpore Lysiaco nobis traditae sunt, utrum Lysiae tribuendae an abiudicandae sint quaeritur, non ultima ea habetur, quae pro milite scripta nonum obtinet locum. Sane suspicio ab Harpocratione grammatico mota, qui se dubitare an illa oratio genuina non sit, s. v. *δικαίωσις*[1]) profitetur hoc additamento: *εἰ γνήσιος* (scil. *ὁ λόγος*), augetur eo, quod multa et ab iure attico et a Lysiae consuetudine abhorrentia in illa videntur inesse. Neque tamen usque ad hunc diem ea, quae ad examinandam orationem necessaria sunt, viri docti accurate pertractaverunt, excepto uno Stutzero;[2]) qui in Hermae voll. XV. p. 499 sqq. et XVI. p. 89 sqq. hoc consilio, ut item atque in undecima oratione, quam epitomen antecedentis esse hodie inter omnes constat, cum in aliis Lysiaci corporis orationibus tum in nona vestigia excerptoris exstare ostendat, quaecunque ad hanc pertinent, diligenter ille quidem profert, sed breviarium eam esse demonstraturus persaepe a recte interpretandi via deerrat. Quare nobis istam orationem perscrutantibus certe non verendum est, ne cantilenam iam saepius repetitam canamus.

Antequam autem hoc ipsum, utrum oratio, de qua agimus, genuina sit necne, inquiramus, primo loco de causa eius nobis erit disputandum. Quae non modo multa, quae ad iuris attici cognitionem spectant, sed etiam nonnulla praebet, quae haud paucis ab Atticorum usu iudiciali aliena videntur esse. Quare primam hanc quaestionem, num omnino oratio apud iudices haberi potuerit, pertractando alteram illam de fide disputationem aliquo modo instruemus. Tertio loco, num

---

[1]) Harpocr. s. v. *δικαίωσις· Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ στρατιώτου, εἰ γνήσιος [καὶ μάλα], τὰς δικαιώσεις φησὶν ἀντὶ τοῦ δικαιολογίας* (§ 8), ubi verba: *καὶ μάλα* adiecta esse a librario, dissentire se ab iudicio Harpocrationis significante cum Franckenio (= Fra.) (commentat. Lys. p. 64) puto.

[2]) Stutzer = St.;
Herm. XIV. p. 499 sqq. = St. 1,
„ XVI. p. 89 sqq. = St. 2.

forte quaedam, quae offensionem nobis praebent, ei qui nostram Lysiacarum orationum collectionem fecit, opprobrio sint habenda numque integra sit nona oratio diligentius percontabimur.

Sed iam nonnulli viri docti mentione digni sunt, qui non tam accurate aut copiose ut St. de hac oratione egerunt, sed singula ad totam orationem pertinentia ita adnotaverunt, ut nobis respiciendi sint. In quibus imprimis Blassium (= B.) praedico, a quo in »Gesch. d. att. Ber.« ^{2}I. p. 596 sqq. etiam de nona Lysiae oratione pluribus actum est, deinde Franckenium (= Fra.), qui in comment Lys. p. 64—72 multa attulit non negligenda, porro Bakium (= Ba.), qui in schol. hypomn. vol. II. p. 238—254 hanc orationem tangit. Eos autem viros doctos, qui non in universum de ea, sed de singulis tantum vel quaestionibus vel locis disseruerunt, suo loco commemorabo.

Quibus praemissis accedamus iam ad argumentum orationis de qua disputaturi sumus breviter enarrandum.

Polyaenus, quem causam agere recta horum verborum:[1] *Λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἐλάττω χρόνον Καλλικράτους Πολύαινος ἐνδημοίη* (§ 5) interpretatio docet, in prooemio (§§ 1—3) queritur, quod adversarii causa neglecta personam calumniati sint; quapropter se nunc coactum esse, non solum de ipso crimine se defendere, sed etiam de moribus suis. In narratione (§§ 4—7) deinde ipsa de causa agitur. Stipendia quamquam paulo ante confecit, iterum tamen militiae adscriptus Polyaenus absolutionem non modo non impetravit, sed strategos in animo habere ut in vincula se iacerent, nisi oboedientiam praestitisset, apud tabernam argentariam comperit. Quod cum aegre ferens indignationem suam verbis paulo liberioribus declarasset, imperatores de conviciis certiores facti multam ei imposuerunt neque tamen exigendam curaverunt, sed *ἐξιούσης τῆς ἀρχῆς* demum praefectis aerarii commiserunt, qui causa cognita, etsi strategi iure militem multatum esse dixerunt, suo periculo poenam remiserunt. Quare veteranus pecuniam non solvit. Sed adversarii eius bonorum designationem (*ἀπογραφήν*) detulerunt ad iudices. Quod iure factum esse Polyaenus negat. In argumentationis enim priore parte (§§ 8—12) demonstrare studet et remissione per *ταμίας* effecta se omni multa liberatum et omnino eam iniuria sibi impositam esse; nam lege ut *οἱ ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδοροῦντες ἐπιβολῇ* puniantur postulari; se autem extra curiam fuisse. Praeterea strategos eo, quod neque rationem reddidissent neque multam apud iudices sanciendam curavissent, iniuriae sibi conscios sese prodidisse. Denique etiamsi praeter ius multa sibi ab aerarii praefectis esset condonata, non in se, sed in eos omnem culpam recidisse. In argumentationis posteriore parte

---

[1]) sunt verba praetorum.

(§§ 13—18) miles se relaturum esse professus, qua de causa adversarii inimici sibi facti essent, pauca de sua cum Sostrato quodam familiaritate narrat, quae certe illos gravabat, deinde pluribus eorum insolentiam et impudentiam castigat. In epilogo (§§ 19—22) denique periculum suum deprecatur, orans iudices atque obsecrans, ne praetorum falsis criminibus aures praebeant, sed quaestorum iudicium probent.

Hoc fere argumentum orationis, breviter quidem, sed ita adumbratum, ut fundamentum quasi disputationis nostrae habeamus. Ad quam iam propius accedamus.

Atque primum quidem, ut est propositum, causam, quae orationi supposita est, dilucidius illustremus.

De qua egerunt cum Heffterus (= H.) (»Athen. Gerichtsverf.« p. 246), Platnerus (= Pl.) (»Process u. Klagen b. d. Attikern« II. p. 185 sqq.), C. Fr. Hermannus (= Her.) (»symbol. ad doctrinam iuris Attici de iniuriarum actionibus« quaest. I.), Siegfridius (= S.) »de multa quae ἐπιβολή dicitur«[1]) p. 37 sqq., 50 sqq., 71 sqq., 78), alii, tum, Lipsius-Meierus-Schoemannus (= L.-M.-Sch.) (»Att. Process«[2] p. 49 sq., 265, 302 — 312, 628 sqq.). Qui viri docti de universa quidem causa neque tamen de singulis inter se consentiunt. Quare omnia diligenter examinemus.

Atque hinc capiamus exordium: licueritne strategis Polyaenum stipendiis emeritis iterum militiae adscribere?[2]) Quod ut cognoscamus pauca nobis de dilectus apud Athenienses ratione dicenda sunt. Inde ab anno undevicesimo usque ad annum sexagesimum Athenis omnis vir ad arma utilis habebatur; quare intra hoc aetatis spatium in strategorum tabulis (ἐν καταλόγῳ, cf. Thuc. VI. 43, 2; VIII. 24, 2) inscriptus erat. Quae ita institutae erant, ut omnes, qui eodem anno militarem aetatem erant consecuti, sub eius, qui tum ἄρχων erat, nomine[3]) in unam semper classem conscripti essent. Quare 42 tales classes fuerunt.[3]) Nam eorum, qui sexagesimum annum egressi erant, nomina e tabulis eximebantur. Omnes Ἀθηναίων τοὺς ἄχρι ἑξήκοντα ἐτῶν ἀφ' ἥβης, totum igitur exercitum uno tempore convocari potuisse, cognoscimus e Plut. Phoc. 24. Neque tamen semper omnes militiae idonei, sed plerumque certo ordine servato singulae tantum classes ad

---

[1]) quam dissertationem Schoell. (Jenaer Littztg. 1878 No. 3) et Lipsius (Jahresberr. f. class. Altert. XV. p. 320 sqq.) recensuerunt.

[2]) cf. §§ 4, 5.

[3]) cf. locum, quem Harpocr. s. v. στρατεία affert Aristot. Athen. polit., unde etiam illius, qui anno superiore ἐπώνυμος fuerat, nomen adscriptum esse elucet.

arma vocabantur.[1]) Nostro loco si totus convocatus esset exercitus, nemini nisi ei, qui iam excesserat sexagesimum annum, licuisset stipendia emerita urgere, ut Pol. ex his verbis: *ἐδήλωσα ὅτι ἐστρατευμένος εἴην* (§ 4) fecit. Potius ad *ἔξοδον ἐν τοῖς ἐπωνύμοις* (vel *ἐν τοῖς μέρεσι*)[1]) miles vocatus esse videtur isque quamquam paulo ante iam militavit, duobus tantum mensibus interiectis,[2]) ea igitur, quae in usu erat, ratione ab imperatoribus neglecta.[1]) Quod fecisse eos concedemus, si quanta eorum licentia fuerit nobiscum consideraverimus.[3]) Praeterea ex §§ 13 sqq. apparet inimicitias inter strategos et Pol. fuisse. Iure autem veteranum militiae denuo adscriptum esse illi eo demonstrare student, quod Callicrates quidam non diutius Athenis versatus esset Polyaeno.[4]) Quem Callicratem cum P. nuper stipendia meruisse et ut hunc iterum conscriptum esse nobis concludendum est. Fortasse se non nolle militare dixerat. Certe P. minus promptus erat ad stipendia denuo subeunda. Quare cum strategis non modo non persuasisset iniuria sese delectum esse, sed etiam minari illos audivisset, in custodiam se eum daturos esse, ita indignatione exarsit, ut malediceret eis. Quod cum illi comperissent, *ἐπιβολὴν* ei imposuerunt.[5]) Quae qualis fuerit quoque iure militi illata iam diligentius inquiramus!

---

[1]) ut Harpocrat. docet s. v. *στρατεία* his imprimis Aristotelis verbis: *καὶ μετ᾽ ὀλίγα· χρῶνται δὲ τοῖς ἐπωνύμοις καὶ πρὸς τὰς στρατείας, καὶ ὅταν ἡλικίαν ἐκπέμπωσι, προγράφουσιν, ἀπὸ τίνος ἄρχοντος μέχρι τίνος δεῖ στρατεύεσθαι.* Quam delectus rationem Aesch. hoc modo significat: *τὰς ἐκ τῆς διαδοχῆς ἐξόδους τὰς ἐν τοῖς ἐπωνύμοις* (d. f. l. § 168); cf. Dem. Ol. III. 4 (*ἐψηφίσασθε τετταράκοντα τριήρεις καθέλκειν καὶ τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν αὐτοὺς ἐμβαίνειν*). — Quae praeterea commemorantur *στρατεῖαι ἐν μέρεσιν*, expeditiones fuisse videntur, ad quas non omnes, qui sub uno vel pluribus eponymis essent, simul evocarentur, sed delecti tantum, maxime e iunioribus, mitterentur. cf. Aesch. d. f. l. §§ 167 sq.: (167: *ἐκ παίδων μὲν γὰρ ἀπαλλαγεὶς περίπολος τῆς χώρας ταύτης ἐγενόμην δύ᾽ ἔτη* 168: *πρώτην δ᾽ ἐξελθὼν στρατείαν τὴν ἐν τοῖς μέρεσι καλουμένην —. καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐκ τῆς διαδοχῆς ἐξόδους τὰς ἐν τοῖς ἐπωνύμοις καὶ τοῖς μέρεσιν ἐξῆλθον*). — Neutra militia, ut Boeckhius (= Boe.) [de ephebia attica, diss. II. (= kl. Schr. IV., 156] explicat, continua fuit, sed *ἐκ διαδοχῆς*, ita ut alio tempore alios alii exciperent et, prout necessitas postulabat, plurium annorum aut paucorum manus ad arma vocaretur.

[2]) cf. § 4: *ἀφικόμενος προπέρυσιν εἰς τὴν πόλιν, οὔπω δύο μῆνας ἐπιδεδημηκὼς κατελέγην στρατιώτης.*

[3]) cf. Aristoph. pac. v. 1178 sq.: *ἡνίκ᾽ ἂν δ᾽ οἴκοι γένωνται, δρῶσιν οὐκ ἀνασχετὰ τοὺς μὲν ἐγγράφοντες ἡμῶν, τοὺς δ᾽ ἄνω καὶ κάτω ἐξαλείφοντες δὶς ἢ τρίς κ. τ. λ.*

[4]) cf. § 5.

[5]) cf. §§ 5 sq. (*ἐπιβαλόντες τὸ ἀργύριον κ. τ. λ.*)

Ab illis multis, quae vel a iudicibus irrogabantur, si quis certa quadam lege neglecta peccaverat vel ab ipso populo, si quis quae plebiscito iussa erant, non perfecerat, subtiliter eae segregandae sunt, quae sola muneris auctoritate a magistratu imponebantur. Quibus *ἐπιβολαὶ* nomen erat.[1]) A magistratibus ipsis eas imponi potuisse docet nos scriptor lex. illius rhet. Cant. (in Phot. ed. Pors. p. 669, 13) hisce verbis: *ἔξεστιν δὲ τοῖς ἄρχουσιν ἀργυρίῳ ζημιοῦν τοὺς ἁμαρτάνοντας· τὴν δὲ ζημίαν ταύτην ἐπιβολὴν καλοῦσι.*[2]) Qui fuerint illi archontes,[3]) S. in diss. suae prima parte pluribus exposuit. Strategis quoque pecuniae imponendae potestatem fuisse, eo exemplo quod in Lys. c. Alc. or. II, 5 invenitur, ostendi recte monet. Quare quin omnino potuerint Polyaeno *ἐπιβολὴν ἐπιβάλλειν* dubitari non potest. Neque minus eos nostra in causa multam militi intulisse apparet, quamquam de interpretandis his verbis: *οἱ δὲ μετὰ Κτησικλέους τοῦ ἄρχοντος* (§ 6), ut infra videbimus, viri docti minime consentiunt. Nam sane ab eis, qui conviciis laesi erant, multa Polyaeno irrogata est; hunc autem alii cuiquam praeter strategos, quibus quod iniuria se tractassent succensuit, maledixisse, non est quod suspicemur.[4])

Difficilior altera haec quaestio est, num propter obiurgationes strategis licuerit, Polyaenum multa afficere. S. tria delictorum genera invenit exemplisque illustravit, quae *ἐπιβολῆς* poena a magistratibus ex officio vindicari solebant. Primum adhibita est, ut eius, qui a magistratu quodam facere aliquid iussus, quod ad huius ius et potestatem spectabat, dicto non fuit audiens, insolentia tantum puniretur; deinde ut is, qui quod ei mandatum erat, se praestaturum esse negavit, ad obsequium redigeretur; porro ut levius quoddam delictum castigaretur, quod quis vel contra leges vel contra mores atque instituta ita commiserat, ut intra fines, quibus magistratuum ius multandi circumscriptum erat, poena satis magna affici posse videretur; quae delicta etiam talia esse potuerunt, ut ad plurium magistratuum auctoritatem, non ad unius provinciam spectantia a pluribus coercerentur. Quae distinctio quamquam non admodum fructuosa esse videtur, tamen certe in eorum, quae tertio loco afferuntur, delictorum numero id quoque habendum esse, propter quod Polyaeno *ἐπιβολὴ* imposita erat, recte S. monet. Nam per se verisimile est eundem cui contumeliae illatae essent magistratum — unusquisque sane esse potuit — etiamsi contra legem aliquam communem peccatum erat, primum id egisse,

---

[1]) cf. S. l. l.

[2]) cf. Suid. s. v. *ἐπιβολή.* — *ἣν οἱ ἄρχοντες ζημίαν ὁρίζουσιν, ἐπιβολὴ καλεῖται· καὶ τὸ ῥῆμα ἐπιβάλλειν.*

[3]) quam latum ambitum verbi illius quod est *ἀρχή* habuerit notio ap. Athenienses, elucet ex eis locis, quos S. collegit p. 3.

[4]) H., qui (p. 415 sq.) de archontibus cogitavit, Ba. (p. 239) refutavit.

ut eum qui maledixerat puniret, si potuit, sua auctoritate. Quod quin verum sit nemo dubitat.

Polyaenus autem se legem violasse negat. Quare et haec, qua ipse nititur, et aliae, quae huc trahi debent, de verborum iniuriis leges diligenter nobis inspiciendae sunt, praesertim cum viri docti de eis inter se non satis consentiant. Quibus accurate perspectis, tum demum num hac in causa iure imperatores Polyaeno *ἐπιβολὴν* imposuerint, disserere poterimus.

De verborum iniuriis, de quibus imprimis Her. (in »symbol. etc.« prima parte) egit, tres hae leges exstant. Prima invenitur ap. Plut. in Sol. V., ubi (c. 21) haec legimus: *ζῶντα δὲ κακῶς λέγειν ἐκώλυσε (Σόλων) πρὸς ἱεροῖς καὶ δικαστηρίοις καὶ ἀρχείοις καὶ θεωρίας οὔσης ἀγώνων, ἢ τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο δ᾽ ἄλλας ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον ἔταξεν.*[1]) Deinde haec ap. Isocr. adv. Loch. § 3 leguntur verba: *ὥστε καὶ περὶ τῆς κακηγορίας νόμον ἔθεσαν, ὃς κελεύει τοὺς λέγοντάς τι τῶν ἀποῤῥήτων πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν·*[2]) Tertio loco ea respicenda sunt, quae ap. Dem. in Mid. §§ 32 sq. inveniuntur: *ἴστε δήπου τοῦθ᾽ ὅτι τῶν θεσμοθετῶν τούτων οὐδενὶ θεσμοθέτης ἔστ᾽ ὄνομα ἀλλ᾽ ὁτιδήποτε ἑκάστῳ· ἂν μὲν τοίνυν ἰδιώτην ὄντα τινὰ αὐτῶν ὑβρίσῃ τις ἢ κακῶς εἴπῃ, γραφὴν ὕβρεως καὶ δίκην κακηγορίας ἰδίαν φεύξεται, ἐὰν δὲ θεσμοθέτην, ἄτιμος ἔσται καθάπαξ. διὰ τί; ὅτι τοὺς νόμους ἤδη ὁ τοῦτο ποιῶν προςυβρίζει καὶ τὸν ὑμέτερον κοινὸν στέφανον καὶ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα. — καὶ πάλιν γε τὸν ἄρχοντα, ταὐτὸ τοῦτο, ἐὰν μὲν ἐστεφανωμένον πατάξῃ τις ἢ κακῶς εἴπῃ, ἄτιμος, ἐὰν δὲ ἰδιώτην, ἰδίᾳ ὑπόδικος κ. τ. λ.*[3]) His legibus[4]) examinatis, videmus primam et alteram ad obiurgationes homini privato, tertiam ad magistratui illatas pertinere. Primo enim loco legimus: *ζῶντα δέ*, quemlibet igitur, *κακῶς λέγειν ἐκώλυσε* (cf. etiam id quod sequitur: *τῷ ἰδίωτῃ*); alterum autem ad convicia privatis facta referendum esse, quamquam hoc non certis verbis monetur, docent et causa illius adv. Loch. orationis Isocrateae et loci adscripti. Praeterea Dem. Midianae loco l. dilucide narratur, discrimen inter contumelias fuisse, quibus quis aut *ἄρχοντα* aut *ἰδιώτην* laesisset. Sed etiam de privatis non lacessendis diversa definita esse ex illis duabus legibus primo et altero

---

[1]) cf. Plat. leg. XI. 13, p. 934 E. et Zaleuc. ap. Stob. Antholog. XLIV. 2.

[2]) cf. Lys. X. 12: *ἐάν τις εἴπῃ ἀποβεβληκέναι τὴν ἀσπίδα (ἀπόῤῥητον* igitur si quis dixerit), *πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν (νόμος) κελεύει.* Dem. c. Mid. 32. 81. 90.

[3]) cf. Aristot. Probl. 29, 14. p. 952 b. 28 sqq.

[4]) quarta lex, ex qua ei, qui mortuum maledictis prosecuti erant, certa multa (*Μ δραχμῶν*) afficiebantur (cf. Plut. Sol. V. c. 21; Dem. c. Lept. 104, adv. Boeot. de doto 49; Suid. s. v. *ἀποιχόμενα, παῦε, ἔνδειξις*) ad nostram quaestionem nullius est momenti.

loco allatis apparet. Isocratea de certis verbis ignominiosis quingentarum drachmarum multam constituit. Certa enim illa *ἀπόῤῥητα* fuisse elucet ex Lysiae decima or. c. Theomn. habita.[1]) Citantur ibi (§§ 6 sqq.) in *ἀποῤ-ῥήτων* nominum numero haec: *ἀνδροφόνος, ῥίψασπις, πατραλοίας, μητραλοίας*. Praeterea quae in Dem. c. Eubul. or. § 30 legimus: *ἔνοχον εἶναι τῇ κακηγορίᾳ τὸν τὴν ἐργασίαν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἢ τῶν πολιτῶν ἢ τῶν πολιτίδων ὀνειδίζοντά τινι*, certe etiam illa de *ἀποῤῥήτοις* lege[2]) praescripta erant. Quare quamquam non omnia eiusmodi verba nobis nota sunt, tamen in universum contumeliae vere probrosae, cum ignominia alicui factae fuisse videntur, quibus ne privatus quidem ut appellaretur lex Attica permisit. — Alias easque leviores fuisse putes, quae ne homini vivo inferrentur, praecepto illo Solonio cautum erat. Quae tum si in locis sacris vel publicis commissae erant, quinque drachmarum multa compensabantur, ita ut laesi non tam hominis quam loci hac in lege ratio videatur fuisse. Praeterea exiguitas poenae, quae valde discrepat a priore illa, luce clarius demonstrat differentiam interfuisse inter obiurgationes *ἀποῤῥήτους* et eas, quas lex Solonia vetuit. Quam qui ita explicant,[3]) ut solius temporis discrimine facto multas de iniuriis auctas esse dicant, audaciores mihi videntur esse Her⁰. Qui diversam fuisse apud Athenienses calumniarum gravitatem putat, multationem igitur minorem constitutam esse de levioribus obiurgationibus, maiorem de gravioribus maledictis, certis vocibus contumeliosis circumscriptis. Quod per se in tanta verborum probrosorum multitudine consentaneum est. Praeterea autem eis, qui temporis tantum spatio discrimen multarum explicandum, sed in utraque lege de eisdem poenam diversam constitutam esse dicunt, nonne iure suo Her. obicit, quod Solonem extra paucorum locorum fines impunitatem pollicentem faciunt eisdem vere probrosis verbis, quibus omnino si quis usus esset, ex altera illa lege multo etiam maiorem in poenam incurrisset? Tanta legum discrepantia, etiamsi maxime consentimus cum Boe⁰. (St. H. I., 494) multam de *ἀπεῤῥήτοις* post Solonem demum institutam esse, nullo modo verisimilis est.[4]) Neque de significationum distinctione est, cur ab Her⁰. dissentiamus. Qui quia plurimis eis locis, ubi de conviciis gravioribus sive de maledictis agitur, illi, qui eis usus

---

[1]) cf. Harpocr. s. v. *ἀπόῤῥητα· τίνα δὲ ἦν ἅπερ ἀπείρηται λέγειν εἰς ἀλλήλους, δεδώληκε Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου.* cf. Dem. d. cor. 123, c. Theocr. 40.

[2]) cf. ea quae antecedunt: *καίτοι οὐ μόνον παρὰ τὰ ψηφίσματα τὰ περὶ τὴν ἀγορὰν διέβαλλεν ἡμᾶς Εὐβουλίδης, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοὺς νόμους, οἳ κελεύουσι κ. τ. λ.*

[3]) ut Heraldus: Animadverss. II. 13 p. 135, Boeckhius (= Boe.): St. H. I., 402; H. p. 246; Pl. p. 192 alii.

[4]) cf. A. Pr.² p. 631.

est, *κακηγορίας* actio intenditur, eas *κακηγορίας* nomine appellat, leviores autem obiurgationes propria et latiore *λοιδορίας* significatione, ita sane, ut omnis *κακηγορία* ad *λοιδορίας* referri possit et Plutarcheum locum ad totum *λοιδοριῶν* genus extendere liceat. — Quibus expositis, quid lucramur ad illam Dem. legem de conviciis magistratui alicui illatis et nostram causam recte explicandas? Eandem multandi rationem etiam in obiurgationibus magistratuum usurpatam esse suspicemur. Cui sententiae num quid obstet iam examinemus. Dem. lex docet eos, qui maledixerint magistratui, *ἀτιμίᾳ* multari. Quae poena tanta est, ut etiam maledicta, quae ea compensentur, non parva possint esse, etsi hac de causa, quod eodem loco in eos, qui privatos lacessiverint, *κακηγορίας* actionem[1]) intendi orator narrat, non certo etiam, quod attinet ad magistratus, de verbis *ἀποῤῥήτοις* agi concludere possumus. Verum e nona [Lys.] oratione discimus Polyaenum, qui strategis meledixerat, non *ἀτιμίᾳ*, sed *ἐπιβολῇ* tantum punitum esse. Quare cum vix credibile sit arbitrio magistratuum relictum fuisse, utrum in multa irroganda acquiescere an infamia aliquem afficere vellent, cui non statim hoc discrimen ita explicare in mentem venit, ut item atque diversa ratione *κακηγορίας* et *λοιδορίας* privato homini illatas scimus esse punitas, etiam inter obiurgationes magistratibus factas eandem distinctionem constitutam esse putemus? Accedit quod eae contumeliae, quas in strategos Pol. intulit, non tam ignominiosae fuisse videntur, quam tales, quibus insolentiam eorum immodeste et petulanter tantum vituperaverit. Quas quod *ἐπιβολῇ* imperatores vindicaverint, plane congruere videtur — quamquam certam de *λοιδορίαις* magistratibus non iniciendis legem traditam non habemus — et cum eorum talium multarum imponendarum potestate et cum *ἐπιβολῆς* propria indole. Ceteroqui puto, etsi *λοιδορίαι* privato homini illatae nisi ad eam intemperantiam quis processerat, ut violaret eis loci cuiusdam sanctitatem, non multabantur ex lege Solonia atque ex his, quae Plutarcheo loco sequuntur, verbis: *τὸ γὰρ μηδαμοῦ κρατεῖν ὀργῆς ἀπαίδευτον καὶ ἀκόλαστον τὸ δὲ πανταχοῦ χαλεπόν, ἐνίοις δὲ ἀδύνατον· δεῖ δὲ πρὸς τὸ δυνατὸν γράφεσθαι τὸν νόμον, εἰ βούλεται χρησίμους ὀλίγους, ἀλλὰ μὴ πολλοὺς ἀχρήστως κολάζειν*[2]) apparere videtur obiurgationes sine ignominia alicui alibi factas omnino sine poena fuisse, *λοιδορίας* in magistratus dictas, etiamsi non certis locis vel sacris vel publicis prolatae essent, puniri potuisse, non *ἀτιμίᾳ*, sed multa quadam. Nam ut Solonia illa lege loci sanctitas ne lacesseretur praecantum erat, ita certe etiam magistratuum sanctitas quodammodo

---

[1]) probabiliter igitur propter verba *ἀπόῤῥητα*.

[2]) eodem spectare recte mihi Her. dicere videtur Aristot. Ethic. Nic. IV, 8, 9: *οἱ δὲ νομοθέται ἔνια λοιδορεῖν κωλύουσιν,* ergo non omnia.

in tuto erat collocata.[1]) Polyaenus autem se hac de causa quod non ἐν συνεδρίῳ fuisset λοιδορῶν, sed apud Φιλίου tabernam argentariam,[2]) iniuria multatum esse dicit.[3]) Legem enim τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀρχὴν λοιδοροῦντας tantum puniri iubere. Qualis lex, in qua magistratuum tutela certorum locorum finibus adstricta loci magis quam magistratus laesi ratio fuerit, nobis non nota est. Solonis autem illam legem, quae de loco est, ad obiurgationes archontibus illatas quominus referamus, et multae exiguitas et hoc excludit, quod, ut Her. recte dicit, de omni homine (ζῶντα δὲ κακῶς λέγειν κ. τ. λ.) non de magistratu agit, quo militis nominatim spectat.[4]) Accedit quod magistratus λοιδορίαις, quae ad eorum auctoritatem pertinebant, in ἀρχείῳ item violati sunt atque si quis in foro vel alibi absentibus quidem eis, sed in publico (ut ἐπὶ τῇ Φιλίου τραπέζῃ) conviciatus est; ita ut hac de re certiores factos eos non minus calumniatores puniendos curasse consentaneum sit, quam si ipsi adfuissent. Quare necessarium fuisse nego, loci discrimen facere in lege de magistratibus obiurgationibus non increpitandis. Potius nostra in causa oratorem alienae legis cautiones per calumniam suae rei perperam immiscuisse cum Mo. et Lo.[5]) statuo. Nam haec clausula: ἐάν τις ἀρχὴν ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδορῇ (§ 6; 9; 10) clare cum verbis Soloniae legis congruit.[6]) [7]) Leges autem diversas permiscere minime discrepabat a more causidicorum.[8]) — His examinatis, multandi rationem ab imperatoribus contra Polyaenum adhibitam neque alienam esse ab eis quae nobis traditae sunt legibus neque ea de causa, qua ipse orator nititur, iniquam videri intelleximus; sed iam nonnulla nobis ea, quae viri docti abhorrentes

---

[1]) cf. Dem. Mid. 32 sq.

[2]) quod quin verum fuerit, non est cur dubitemus.

[3]) cf. §§ 6. 9. 10.

[4]) cf. ea quae infra (p. 12 sq.) contra S. dicta sunt.

[5]) cf. A. Pr. [2] p. 633. n. 403 et Her. (l. l.).

[6]) vocabulo συνεδρίου idem significari quod ap. Plut. voce ἀρχείου ce cerni recte S (p. 40) monet, quod de se ipso praedicans miles: ἐγὼ δ' ὅτι μὲν οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ ἀρχεῖον (§ 9) pergat: εἰ γὰρ φανερός εἰμι μὴ ἐλθὼν εἰς τὸ συνέδριον (§ 10). cf. Dem. c. Theocr. 8, Apoll. c. Neaer. § 83.

[7]) Quod § 16 in hisce verbis: ζημιώσαντες μὲν ὡς τὴν ἀρχὴν λοιδοροῦντα omiserit or. hoc additamentum: ἐν τῷ συνεδρίῳ, ex eis, quae sequuntur, explicandum esse puto: κατολιγωρήσαντες δὲ τοῦ δικαίου κ. τ. λ. Nam quod omnino eis maledixisset, imperatores sibi multam quidem irrogasse Pol. monet; lego autem cum constitutum esset τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ tantum λοιδοροῦντας poena dignos esse, illos τοῦ δικαίου κατολιγωρῆσαι. Quare hoc quoque loco miles calumnias adhibet.

[8]) neque, ut infra videbimus, alienum erat a Polyaeni natura.

est, κακηγορίας actio intenditur, eas κακηγορίας nomine appellat, leviores autem obiurgationes propria et latiore λοιδορίας significatione, ita sane, ut omnis κακηγορία ad λοιδορίας referri possit et Plutarcheum locum ad totum λοιδοριῶν genus extendere liceat. — Quibus expositis, quid lucramur ad illam Dem. legem de conviciis magistratui alicui illatis et nostram causam recte explicandas? Eandem multandi rationem etiam in obiurgationibus magistratuum usurpatam esse suspicemur. Cui sententiae num quid obstet iam examinemus. Dem. lex docet eos, qui maledixerint magistratui, ἀτιμίᾳ multari. Quae poena tanta est, ut etiam maledicta, quae ea compensentur, non parva possint esse, etsi hac de causa, quod eodem loco in eos, qui privatos lacessiverint, κακηγορίας actionem[1]) intendi orator narrat, non certo etiam, quod attinet ad magistratus, de verbis ἀποῤῥήτοις agi concludere possumus. Verum e nona [Lys.] oratione discimus Polyaenum, qui strategis meledixerat, non ἀτιμίᾳ, sed ἐπιβολῇ tantum punitum esse. Quare cum vix credibile sit arbitrio magistratuum relictum fuisse, utrum in multa irroganda acquiescere an infamia aliquem afficere vellent, cui non statim hoc discrimen ita explicare in mentem venit, ut item atque diversa ratione κακηγορίας et λοιδορίας privato homini illatas scimus esse punitas, etiam inter obiurgationes magistratibus factas eandem distinctionem constitutam esse putemus? Accedit quod eae contumeliae, quas in strategos Pol. intulit, non tam ignominiosae fuisse videntur, quam tales, quibus insolentiam eorum immodeste et petulanter tantum vituperaverit. Quas quod ἐπιβολῇ imperatores vindicaverint, plane congruere videtur — quamquam certam de λοιδορίαις magistratibus non iniciendis legem traditam non habemus — et cum eorum talium multarum imponendarum potestate et cum ἐπιβολῆς propria indole. Ceteroqui puto, etsi λοιδορίαι privato homini illatae nisi ad eam intemperantiam quis processerat, ut violaret eis loci cuiusdam sanctitatem, non multabantur ex lege Solonia atque ex his, quae Plutarcheo loco sequuntur, verbis: τὸ γὰρ μηδαμοῦ κρατεῖν ὀργῆς ἀπαίδευτον καὶ ἀκόλαστον τὸ δὲ πανταχοῦ χαλεπόν, ἐνίοις δὲ ἀδύνατον. δεῖ δὲ πρὸς τὸ δυνατὸν γράφεσθαι τὸν νόμον, εἰ βούλεται χρησίμους ὀλίγους, ἀλλὰ μὴ πολλοὺς ἀχρήστως κολάζειν[2]) apparere videtur obiurgationes sine ignominia alicui alibi factas omnino sine poena fuisse, λοιδορίας in magistratus dictas, etiamsi non certis locis vel sacris vel publicis prolatae essent, puniri potuisse, non ἀτιμίᾳ, sed multa quadam. Nam ut Solonia illa lege loci sanctitas ne lacesseretur praecantum erat, ita certe etiam magistratuum sanctitas quodammodo

[1]) probabiliter igitur propter verba ἀπόῤῥητα.

[2]) eodem spectare recte mihi Her. dicere videtur Aristot. Ethic. Nic. IV, 8, 9: οἱ δὲ νομοθέται ἔνια λοιδορεῖν κωλύουσιν, ergo non omnia.

in tuto erat collocata.[1]) Polyaenus autem se hac de causa quod non ἐν συνεδρίῳ fuisset λοιδορῶν, sed apud Φιλίου tabernam argentariam,[2]) iniuria multatum esse dicit.[3]) Legem enim τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀρχὴν λοιδοροῦντας tantum puniri iubere. Qualis lex, in qua magistratuum tutela certorum locorum finibus adstricta loci magis quam magistratus laesi ratio fuerit, nobis non nota est. Solonis autem illam legem, quae de loco est, ad obiurgationes archontibus illatas quominus referamus, et multae exiguitas et hoc excludit, quod, ut Her. recte dicit, de omni homine (ζῶντα δὲ κακῶς λέγειν κ. τ. λ.) non de magistratu agit, quo militis nominatim spectat.[4]) Accedit quod magistratus λοιδορίαις, quae ad eorum auctoritatem pertinebant, in ἀρχείῳ item violati sunt atque si quis in foro vel alibi absentibus quidem eis, sed in publico (ut ἐπὶ τῇ Φιλίου τραπέζῃ) conviciatus est; ita ut hac de re certiores factos eos non minus calumniatores puniendos curasse consentaneum sit, quam si ipsi adfuissent. Quare necessarium fuisse nego, loci discrimen facere in lege de magistratibus obiurgationibus non increpitandis. Potius nostra in causa oratorem alienae legis cautiones per calumniam suae rei perperam immiscuisse cum Mo. et Lo.[5]) statuo. Nam haec clausula: ἐάν τις ἀρχὴν ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδορῇ (§ 6; 9; 10) clare cum verbis Soloniae legis congruit.[6]) [7]) Leges autem diversas permiscere minime discrepabat a more causidicorum.[8]) — His examinatis, multandi rationem ab imperatoribus contra Polyaenum adhibitam neque alienam esse ab eis quae nobis traditae sunt legibus neque ea de causa, qua ipse orator nititur, iniquam videri intelleximus; sed iam nonnulla nobis ea, quae viri docti abhorrentes

---

[1]) cf. Dem. Mid. 32 sq.

[2]) quod quin verum fuerit, non est cur dubitemus.

[3]) cf. §§ 6. 9. 10.

[4]) cf. ea quae infra (p. 12 sq.) contra S. dicta sunt.

[5]) cf. A. Pr. [2] p. 633. n. 403 et Her. (l. l.).

[6]) vocabulo συνεδρίου idem significari quod ap. Plut. voce ἀρχείου eo cerni recte S (p. 40) monet, quod de se ipso praedicans miles: ἐγὼ δ' ὅτι μὲν οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ ἀρχεῖον (§ 9) pergat: εἰ γὰρ φανερός εἰμι μὴ ἐλθὼν εἰς τὸ συνέδριον (§ 10). cf. Dem. c. Theocr. 8, Apoll. c. Neaer. § 83.

[7]) Quod § 16 in hisce verbis: ζημιώσαντες μὲν ὡς τὴν ἀρχὴν λοιδοροῦντα omiserit or. hoc additamentum: ἐν τῷ συνεδρίῳ, ex eis, quae sequuntur, explicandum esse puto: κατολιγωρήσαντες δὲ τοῦ δικαίου κ. τ. λ. Nam quod omnino eis maledixisset, imperatores sibi multam quidem irrogasse Pol. monet; lego autem cum constitutum esset τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ tantum λοιδοροῦντας poena dignos esse, illos τοῦ δικαίου κατολιγωρῆσαι. Quare hoc quoque loco miles calumnias adhibet.

[8]) neque, ut infra videbimus, alienum erat a Polyaeni natura.

a nostra sententia[1]) de hac quaestione disseruerunt, reicientibus addenda sunt.

Atque primum quidem Her. (p. 10) et B. (p. 596, n. 6) ita legi illi a Polyaeno falso prolatae confidunt, ut quamquam eandem esse atque legem Soloniam uterque negat — B. Solonis verba ad ἀπόῤῥητα pertinere iniuria, ut vidimus, putat —, λοιδορίας in magistratum factas tum tantum poenae obnoxias fuisse existiment, si in consistorio commissae essent. Quod minime verisimile esse iam demonstrasse mihi videor. Item iam ex eis, quae exposita sunt, Taylori[2]) sententiam perversam esse apparet, qui, Solonia lege iure veteranum niti affirmans, magistratus mentionem (§ 6 et § 16), — quam apud Plut. non invenimus —, ita evitare studet, ut pro altero τὴν ἀρχὴν legi iubeat ἐν ἀρχείῳ, alterum idem esse atque »omnino« interpretetur, quod vel hanc ob causam ferri non posse recte Her. adnotasse videtur, quia illa significatio negativis tantum enuntiatis conveniat.[3]) Pluribus tertio loco ea, quae S. de multa Polyaeno ab imperatoribus irrogata sentit (p. 39 sqq.), refutanda nobis sunt. Qui cum Her° consentiens magistratum λοιδορίᾳ non laesum esse, nisi coram in consistorio esset obiurgatus, contra eum negat e propria lege eaque diversa a Plutarchea illa Solonis λοιδορίας magistratibus factas ab eis libero arbitrio puniri potuisse. Earum causarum, quibus sententiam suam defendere studet, prima haec est: laesi non tam magistratus quam loci de talibus conviciis fuisse rationem; altera haec: in universum eum, qui in magistratum invectus esset, non magis punitum esse, quam qui privatum quendam increpuisset; tertia haec: in lege illa, quam non aliam atque Solonis fuisse vult, haec verba: (ὁ δὲ νόμος τοὺς ἐντὸς πλημμελοῦντας) ἀγορεύει τὴν ζημίαν ὀφείλειν ([Lys.] IX, 10) referri non posse ad magistratum eum, cui multa illa permissa sit. De prima ea, quae iam supra[4]) diximus, sunt monenda. Quae simul ad alteram causam spectant. Neque magis tertio S.° argumento niti licet. Nam etsi maxime concedimus haec verba: ὁ νόμος ἀγορεύει τὴν ζημίαν ὀφείλειν legentes nos non cogitare de magistratu suo ipsius iudicio multam aestimanti, considerandum tamen nobis est per calumnias Polyaenum legem illam attulisse se, ex qua certo delicto certa poena proposita fuit; ita ut minime appareat imperatores multam ea circumscriptam tueri debuisse. Quodsi porro eos locos orationis, de qua agimus, se adiuvare S. putat, ubi lex omisso vocabulo ἀρχῆς (§ 9 et § 10) ita

[1]) praeter ea, quae iam p. 9 sq. repulimus.

[2]) cf. lectt. Lysiac. p. 314 sqq.

[3]) cf. Her. (l. l.) et A. Pr. ² p. 633 n. 403.

[4]) cf. p. 10 sq.

recitatur, ut sola loci sanctitate multa effecta esse videatur, eo, quod Polyaenus non hoc discernere vult, utrum magistratui an privato homini, sed hoc, utrum in iudicio an extra eius cancellos imperatoribus maledixerit, facilius illos et rectius nos ex nostra sententia explicare equidem puto, quam S.um ex sua opinione eos locos, ubi *ἀρχῆς* additamentum habemus., (§ 6 et § 16). Qui ne repugnent sibi, et in hisce verbis: *τοῦ νόμου ἀγορεύοντος ἐάν τις ἀρχὴν ἐν συνεδρίῳ λοιδορῇ* (§ 6) illud *ἀρχήν* errore positum esse dicit ab eo, qui hoc genuinae Lysiae orationis summarium composuisset; neque alio modo iudicandum esse de § 16. verbis: *ζημιώσαντες. ὡς τὴν ἀρχὴν λοιδοροῦντα.*[1]) Facilis sane et perversa interpretandi ratio!

Satis iam S.i sententia refutata, postremo mihi non possum persuadere multam illam Soloniam cum *ἐπιβολῆς* vi ac natura congruere, a S.o in diss. suae prooemio recte descripta. Cuius imponendae potestate magistratus instructi esse videntur ea de causa, ut sui iuris sententiaeque essent nonnullis in rebus diiudicandis suaque sola auctoritate noxium possent multare.[2]) Nimia licentia ne uterentur magistratus in irrogandis *ἐπιβολαῖς*, eo erat praecautum, quod, ut S. ipse monet, eorum multandi ius quibusdam finibus circumscriptum erat. Quod probatur lege in Dem. Macart. (§ 75) prolata, qua primus archon, si quis in orbis aut viduis peccaverit, *ἐπιβάλλειν* iubetur *κατὰ τὸ τέλος*. Quam ad ceteros quoque magistratus referendam esse recte S.um conicere puto. Sed etiamsi *τέλος* quoddam magistratibus poenas sua ipsorum auctoritate[3]) imponentibus non licuisse egredi concedimus, non est, quod multam, quam Sol. lege invenimus de *λοιδορίαις* definitam, *τέλος* illud fuisse iudicemus, quod imperatores transire non deberent, conviciatores punituri. Nam primum quinque illae drachmae de obiurgationibus privatis tantum illatis erant constitutae, strategi autem propter laesam muneris sui auctoritatem Polyaeno poenam iniecerant. Deinde quamquam praeter legem in Aesch. Tim. (§ 35) subditam, ex qua prohedris quinquaginta drachm. coercitio data fuit, et illud Platonis testimonium (legg. p. 764, b. et c.), ubi agoranomis et astynomis centum drachm. finis constitutus est, et [Dem.] c. Euerg. et Mnes. or. (§ 43), unde elucet quingentorum senatum usque ad quingentas drachm. dixisse multas, nil de *ἐπιβολῶν* terminis traditum habemus, verisimile tamen est cancellos, quibus magistra-

---

1) cf. p. 11, n. 7.

2) Imprimis hoc mihi cum Schoellio (cf. l. l.) ab *ἐπιβολῆς* indole abhorrere videtur, quod tres illarum quinque drachm. *ἰδιώτῃ* ex Sol. lege debitas esse ap. Plut. legimus.

3) ea delicta, quae gravius peccata erant, quam ut *κατὰ τὸ τέλος* satis castigari possent, ad iudices deferebantur. cf. Dem. c. Mac. 75 et S. (p. 49. 51 sqq.)

tuum multandi potestas coerceretur, non tam arctos fuisse, ut convicia eis facta quinque tantum drachmis possent vindicare. Atque alia quoque de causa exiguitas multae praebet offensionem. Quoniam enim exposuimus strategos, quamvis iniuste tractavissent militem, *ἐπιβολὴν* tamen suo iure ei irrogavisse videri, iam quo iure Polyaenus multam non pependerit, quaerendum nobis est. Atque primum quidem hanc non solvisse militem *ἀπογραφὴ* docet contra eum intenta;[1]) qua, ut infra pluribus explicandum erit, eius qui pecuniam civitati debitam non pependit bona publicandi causa in codicem referri potuerunt. Cur autem non pependit multam Polyaenus? Quod per se cum minime appareat, fortasse iure sibi poenam ab imperatoribus impositam esse negantem eum provocasse ad iudices ab eisque illa liberatum esse suspicemur. Neque tamen causam ad iudicii alicuius sententiam deduxisse Polyaenum legimus. Quamquam certe hoc potuit, et iniuria S. ex hac, de qua agimus, oratione concludendum esse existimat, ab eo solo magistratu ad iudices provocari potuisse, qui *τέλος* sibi statutum multando neglexisset.[2]) Nam etsi monenti ei nostra in causa, ubi imperatores puniendi terminos non transiisse constet, ne uno quidem verbo significari ad aliquod iudicium militem provocasse — id quod si licuisset ei, certe eum facturum fuisse —, imperatores fines, quibus potestas eorum terminata erat, non egressos esse concedo,[3]) Polyaeno non licuisse provocare nego. Primum enim quare minores multae, intra cancellos quidem certos, sed iniuria alicui irrogatae, non item dignae fuerint, de quibus provocatio institueretur, atque maiores, non satis intelligo. Nempe etiam intra fines illos magistratus potestate sua abuti poterant. Praeterea falso mihi S. negare videtur Plutarchi hunc locum: Sol. V. c. 18, ubi legimus Solonem adversus omnia, *ὅσα ταῖς ἀρχαῖς ἔταξε κρίνειν, εἰς τὸ δικαστήριον* dedisse provocationem, pertinere ad hanc magistratuum coercitionem. Accedit, quod ex nona [Lys.] oratione, qua sola nititur S., alio idque verisimiliore modo cur Polyaenus de multa sibi imposita non provocaverit, potest explicari. Legimus enim **§ 6** sq. haec: *ἐπιβαλόντες δὲ (οἱ στρατηγοί) τὸ ἀργύριον πράξασθαι μὲν οὐκ ἐπεχείρησαν, ἐξιούσης δὲ τῆς ἀρχῆς γράψαντες εἰς λεύκωμα τοῖς ταμίαις παρέδοσαν· οἵδε μὲν τάδε διεπράξαντο· οἱ δὲ ταμίαι — τὸν παρ᾽ ὑμῶν κίνδυνον ὑποστάντες ἄκυρον τὴν ζημίαν ἔκριναν.* Imposuerant igitur praetores veterano multam neque tamen ut exigeretur ea curaverant. Nam etsi suo iure *ἐπιβολὴν ἐπέβαλον*, deliberantes secum, quanta iniuria Polyaenum antea tractassent, culpae sibi conscii fuisse

---

1) cf. § 3 et § 21.

2) cf. Li. recens. s. c.

3) etsi de multae magnitudine aliam atque S. sententiam habeo.

et fortasse veriti videntur esse, ne ille ad iudices causam deduceret et iniquitatem ipsorum manifestam redderet. Multae enim se repugnaturum eaque sibi non remissa provocaturum esse Polyaenum ex **§ 11** concludo esse minatum. Ubi haec legimus: *οὔτε εἰς δικαστήριον εἰςελθόντες τὰ πραχθέντα ψήφῳ κύρια κατέστησαν,*[1]) id quod tum tantum necessarium fuisse verisimile est, si quis iure se punitum esse negans pecuniam multaticiam se non persoluturum esse dixisset.[2]) Peracto autem muneris anno imperatores *ἐπιβολὴν τοῖς ταμίαις* exigendam commiserunt; qui causa cognita poenam suo periculo Polyaeno[3]) condonaverunt, ita ut ne tum quidem ei provocandum esset ad iudicium. Quare apparet militem non provocasse, quod multa primum non exacta, deinde vel remissa esset. Unde quamquam simul cur non solverit pecuniam Pol. elucet, singula tamen iam diligentius nobis tractanda sunt. Nam primum qui fuerint illi *ταμίαι,* deinde qui factum sit, ut eis *ἐπιβολὴ* traderetur a strategis, quae denique eorum auctoritas fuerit non satis inter omnes constat. —

De *ταμίαις* ut rectam habeamus sententiam, quales nostra in causa occurrant, examinemus et quantenus cum his ei, quos intelligendos esse *ταμίας* viri docti existimaverunt, congruant discernamus. Quam ad rem nunc sufficit monere imperatores *ἐπιβολήν* Polyaeno impositam *γράψαντας εἰς τὸ λεύκωμα* illis *ταμίαις* exigendam commisisse. Hoc igitur certe apparet eos aliquid rationis habuisse cum eiusmodi multis. Quae cum, ut S. recte mihi explicuisse videtur (p. 69 sqq.), omnes adeo in aerarium publicum fluxerint, ut ne eae quidem, quae propter delicta in deos commissa legibus constitutae erant, alicui deo deberentur,[4]) *ταμιῶν* munus ad publicum aerarium pertinuisse luce clarius est. Quare eos nostro loco *τῶν στρατηγῶν* quaestores, ut Falkius[5]) putat, esse — quos pecuniam tantum militarem administravisse verisimile est — recte Ba.[6]) negat. Qui ipse *ἀποδέκτας* illos esse dicit. Certe ex eis, quae ap. Harpocr. s. v. *ἀποδέκται*[7])

---

[1]) cf. § 11: *εἰ ἐκύρωσαν ἐν ὑμῖν τὴν ἐπιβολήν* et A. Pr.[2] (p. 49 sq. n. 24).

[2]) *ἐπιβολή* a demarcho imposita semper per iudices videtur sancienda fuisse; cf. A. Pr.[2] p. 50, n. 24.

[3]) quem conquestum esse cum quaestoribus de imperatorum iniquitate probabile est.

[4]) cf. Plut. V. Sol. c. 21.

[5]) „Die Reden des Lysias übers. u. erläutert" ad or. IX., n. 8.

[6]) l. l. II. p. 241.

[7]) Harp. s. v. *ἀποδέκται· ἀρχή τις ἐστὶ παρ' Ἀθηναίοις οἱ ἀποδέκται, ἧς πολλάκις μνημονεύουσιν οἱ ῥήτορες καὶ οἱ κωμικοί. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ δεδήλωκεν ὡς δέκα τε εἴησαν καὶ ὡς παραλαβόντες τὰ γραμματεῖα ἀπαλείφουσι τὰ καταβαλλόμενα χρήματα τῆς βουλῆς ἐναντίον ἐν τῷ βουλευτηρίῳ καὶ*

(cf. Suid. s. eadem v.), Lex. Seg. p. 198, 1[1]) leguntur, elucet pecuniam reipublicae debitam eos accepisse. Sed ne cum Ba.[0] quidem consentio. Nam ut haec verba: *παραλαμβάνειν* [*τὰ γραμματεῖα*], *ἀποδιδόναι* [*τὰ γραμματεῖα τῷ δημοσίῳ*], *ἀποδέχεσθαι* [*τὰ γραμματεῖα τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ*] demonstrare mihi videntur, non tam nomina eorum quibus aliquid *εἰς τὸ δημόσιον* pendendum erat, *ἀποδέκται* ipsi inscripta habebant, quam fortasse ea, quae a publicis debitoribus solvebantur, vel alias pecunias publicas recipiebant et inter diversa aeraria distribuebant. Quocum congruunt, quae Poll. VIII, 97 de apodectis narrat: *ἀποδέκται δ᾽ ἦσαν δέκα, οἳ τοὺς φόρους καὶ τὰς εἰσφορὰς καὶ τὰ τέλη ὑπεδέχοντο καὶ περὶ τούτων ἀμφισβητούμενα ἐδίκαζον*, et quae ap. Hesych. s. v. *ἀποδέκται* traduntur: *ἀρχὴ τῶν ὑποδεχομένων τὰ χρήματα.* Nostro autem loco magis mihi talis magistratus videtur intelligendus esse, cuius erat non *ὑποδέχεσθαι* vel *πράξασθαι τὸ ἀργύριον*, sed potius nomina eorum, qui aerario aliquid debebant, accipere, ita ut ea quantumque cuique solvendum esset, indici publicorum debitorum illos inscripsisse iudicemus. Legimus enim § 6: — *τοῖς ταμίαις παρέδοσαν*, ubi, § 13 collata,[2]) ad *παραδιδόναι* verbum absolute usurpatum[3]) supplendum esse puto *ἐμέ* i. e. nomen meum, nam *γράψαντες εἰς τ. λ. παρέδοσαν.*[4]) Praeterea num ex hoc uno Aristotelis loco (Pol. p. 1321. b. 33), ubi haec referuntur: *ἄλλη ἀρχή, πρὸς ἣν αἱ πρόσοδοι τῶν κοινῶν ἀποφέρονται, παρ᾽ ὧν φυλαττόντων μερίζονται πρὸς ἑκάστην διοίκησιν . καλοῦσι δ᾽ ἀποδέκτας τούτους καὶ ταμίας*, Ba. recte concludat *ἀποδέκτας* illos *ταμίας* nominari solitos esse dubito. Verum alii magistratus hoc plerumque nomine significantur. Apud Harpocr.[5])

πάλιν ἀποδιδόασι τὰ γραμματεῖα τῷ δημοσίῳ. — ὅτι δὲ ἀντὶ τῶν κολακρετῶν οἱ ἀποδέκται ὑπὸ Κλεισθένους ἀπεδείχθησαν, Ἀνδροτίων β.

[1]) Lex. Seg. p. 198, 1: *ἄρχοντες κληρωτοί, δέκα τὸν ἀριθμὸν κατὰ φυλήν εἰσιν, οἵ τινες παρελάμβανον καὶ ἀπεδέχοντο τὰ γραμματεῖα τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀποδέκται ἐκαλοῦντο. εἶτα ἐξήταζον τά τε ὀφειλόμενα καὶ τὰ ἀποδιδόμενα χρήματα σὺν τῇ βουλῇ καὶ ἐμέριζον εἰς ἀρχὴν ἀναλίσκειν.* cf. etiam Aristot. Pol. p. 1321. b. 33.

[2]) invenitur ibi: *παρεδόθην.*

[3]) cf. etiam *ἀφεῖναι* (§ 7) sine *ἐμέ* et *ἀφείθην* (§ 8) atque ea, quae de absol. horum vv. usu infra dicta sunt.

[4]) cf. D. c. Theocr. 48: *ὧν οὐδεὶς παρέδωκε τοῖς ταμίαις τὰ ὀνόματα.*

[5]) Harp. s. v. *ταμίαι· ἀρχή τις παρ᾽ Ἀθηναίοις ἦν οἱ ταμίαι, ι . . . μόν. παραλαμβάνουσι δ᾽ οὗτοι τό τε ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς*

enim, (cf. Phot.,[1]) Suid.) deinde in Lex. Seg. p. 306[2]) s. simplici *ταμιῶν* voce ei sunt descripti, qui alias (in inscriptionibus) *ταμίαι τῆς θεοῦ* vel *τῶν τῆς θεοῦ* vel *ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας* vel *τῶν χρημάτων ἱερῶν τῆς θεοῦ* nominantur.[3]) Quare iam e nomine de his Minervae quaestoribus nostro loco cogitandum esse rectius concludimus quam de apodectis. Sed etiam ea, quae de illorum officiis scimus et potestate, valde congruunt cum nostra causa. Narrat enim Suid. s. v. *ψευδέγγραφος δίκη* haec: *τῶν δημοσίᾳ ὀφειλόντων τὰ ὀνόματα ἀπογράφονται οἱ ταμίαι καὶ ὅσα ἕκαστος ὀφείλει.*[4]) Quibus clare exponitur, quisquis debuisset aerario publico, a *ταμίαις* eum in debitorum numerum esse adscriptum. Quocum plane ea consentiunt, quae ap. Harp. ipsum (et Suid.) s. v. *ψευδεγγραφή*[5]) leguntur quaeque invenimus in [Dem.] c. Aristog. or. I, 4[6]) et aliis locis a S.° p. 72 sq. allatis. Quibus quamquam non *ταμίαι τῆς θεοῦ* fuisse dicuntur *οἱ ἐγγράψαντες*, hoc tamen concludi licet, Suidae illo testimonio, quod affert s. v. *ψευδέγγραφος δίκη*, collato, ex eo, quod illi negotia sua in arce, ipso in Minervae fano, expediebant, ad quod sane referenda sunt haec: *ἐν τῇ σανίδι τῇ παρὰ τῇ θεῷ κειμένῃ, ἐν ἀκροπόλει* etc.;[7]) quare ab eis debitores publicos in tabellis, quae depositae essent illo in templo, inscribi solitos esse mihi est verisimillimum. Quibus expositis, qui quidem nostra in oratione *οἱ ταμίαι* fuerint, exploravimus. Exstant autem etiam alia, quae ut diligentius examinemus, — quamquam ne a proposito aberremus paululum nobis verendum est — eis

---

καὶ τὰς Νίκας καὶ τὸν ἄλλον κόσμον καὶ τὰ χρήματα ἐναντίον τῆς βουλῆς, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ.

[1]) Phot. s. v. *ταμίαι· ἄρχοντές εἰσιν Ἀθήνησιν κληρωτοὶ ἀπὸ τῶν πεντακοσιομεδίμνων, οἳ τὰ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν ἀκροπόλει χρήματα, ἱερά τε καὶ δημόσια φυλάττουσιν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς κ. τ. λ.*

[2]) ap. Suid. s. v. *ταμίαι* I. II. et i. Lex. Seg. p. 306 eadem fere traduntur; cf. etiam Dem. c. Androt. 70, ubi Androtion, quem *Ἀθηνᾶς* thesaurum administrasse elucet, *ταμίας* tantum appellatur.

[3]) cf. Polluc. VIII. 97 et ea, quae hoc de loco p. 21 sq., dicta sunt.

[4]) cf. Phot. s. v. *ταμίαι* (n. 1. h. p.).

[5]) *ὄνομα δίκης ἐστίν, ἣν εἰσίασιν οἱ γεγραμμένοι ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ ὡς καταψευσαμένου αὐτῶν τοῦ ἐγγράψαντος ἐν τῇ σανίδι τῇ παρὰ τῇ θεῷ κειμένῃ, ὡς ἀδίκως ἐγγραφέντες ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ.*

[6]) *ἥκετε μᾶλλον ἡμῶν τῶν κατηγόρων εἰδότες καὶ ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ τοῦτον καὶ ἐγγεγραμμένον ἐν ἀκροπόλει·* cf. deinde §. 28: *κεκλειμμένης σου τῆς ἐξουσίας — τοσούτοις καὶ τηλικούτοις ὀφλήμασι, καὶ τούτων παρὰ τῇ θεῷ κειμένων.*

[7]) cf. S. (p. 74).

adducimur, quae S. l. l. de *ταμίαις* praeterea protulit. Qui ex eo, quod *οι ταμίαι τῆς θεοῦ τῶν δημοσίῳ ὀφειλόντων τὰ ὀνόματα ἀπεγράφοντο*,[1]) quod igitur nemo in publicorum debitorum tabulas referri potuit, non intercedente quaestorum opera, coniecit cum alias multaticias pecunias, quaecunque deberi poterant aerario publico, tum *ἐπιβολάς* quadam ratione cum Minervae quoque fisco, cui illi praeerant, coniunctas fuisse; quodque praedae bellicae in aerarium pendendae et bonorum publicatorum pars decima Minervae tradita est atque multae, quae lege in [Dem.] Macart. (§ 71) inclusa de oleis non effodiendis *τῷ δημοσίῳ* fuit constituta, eadem particula Minervae praestanda erat, iudicat, omnium omnino multarum, quae *τῷ δημοσίῳ* persolvendae fuissent, certam partem, fortasse decimam illam in deae arcam fuisse referendam. Quam cum *τοὺς ταμίας* in Minervae fiscum exigendam curasse dicat, alteram maiorem multae partem per *πράκτορας* in aerarium publicum fluxisse putat. — Totam hanc ut recte diiudicemus quaestionem, cum de fiscis Atheniensium tum de practoribus pauca dicenda sunt. Tres enim fiscos praeter aerarium publicum commemorari recte S. docet, quibus multam aliquis debere potuerit: fiscum Minervae, fiscum ceterorum deorum, fiscum eponymorum; ut discimus ex [Dem.] c. Theocr. or. § 14.[2]) Multae autem, quae in singulas has arcas persolvendae erant, ab eis redigebantur, qui singulis fiscis praefecti erant, a Minervae quaestoribus, a ceterorum deorum *ταμίαις*, a rege archonte, qui eponymorum arcam administrasse videtur. Eae vero, quae aerario publico debebantur, a practoribus percipiebantur, ut elucet e [Dem.] Macart. or. § 71.[3]) Quare certe mirum est, quod Minervae quoque quaestores debitorum publicorum indicem habuerint quodque *ἐπιβολαί*, quae omnes, ut vidimus, in publicum fluxerunt aerarium — ita ut practoribus eas exigendas fuisse probabile sit —, etiam ad *τοὺς τῆς θεοῦ ταμίας* quodammodo pertinuerint. Hanc discrepantiam qua ratione S. explicet, iam exposuimus. Sed quattuor de causis mihi huius viri docti sententia refutanda videtur esse. Atque primum quidem praedae bellicae et publicatorum bonorum *τὸ ἐπιδέκατον* Minervae ut ei deae, cui urbs sacra erat, multae autem quam *ὀφείλειν* iubebatur is, qui oleas non religionis causa effodisset,

---

[1]) cf. Suid. s. v. *ψευδέγγραφος δίκη.*

[2]) *ὁ νόμος ὁμοίως κελεύει κατά τε τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ τὰς ἐνδείξεις τὸν βουλόμενον ποιεῖσθαι τῶν πολιτῶν, καὶ ἐάν τις ὀφείλῃ τῇ Ἀθηνᾷ ἢ τῶν ἄλλων θεῶν ἢ τῶν ἐπωνύμων τῳ.*

[3]) *ὅτου δ' ἂν καταγνωσθῇ, ἐγγραφόντων οἱ ἄρχοντες, πρὸς οὓς ἂν ᾖ ἡ δίκη, τοῖς πράκτορσιν, ὃ τῷ δημοσίῳ γίγνεται· ὃ δὲ τῇ θεῷ γίγνεται, τοῖς ταμίαις τῶν τῆς θεοῦ.*

partem decimam illi convenisse puto, cum prima oleam sevisset.[1]) Quare ex his exemplis concludi posse nego, omnium earum multarum, quae rei publicae fisco deberentur, partem quandam etiam Minervae tributam esse. Deinde S. hoc — quod ipse miratur — unde eveniat, ut inscriptio, quae in arce facta est, maiorem vim videatur habere in illis quae supra perlustravimus exemplis quam practorum, ex eo explicat, quod decima posterius quam reliqua maior multae pars exsoluta sit et hac demum exstincta quispiam inter debitores publicos numerari desierit. Sed etiamsi concederemus *τῶν τῷ δημοσίῳ ὀφειλομένων* certam partem in Minervae arcam fluxisse, inscriptionem tamen in aerario publico factam, quod maior pars pecuniae huic fisco debita esset, maioris quoque momenti fuisse nullo modo negari posset; ita ut ex Si. sententia, cur inscriptio in practorum albo facta plerumque silentio praetermissa esset, non satis intelligeremus.[2]) Tertio loco hoc certe non satis secum consideravit S., quam parvulam *ἐπιβολῆς* partem ex sua sententia *οἱ ταμίαι* exigendam accepissent. Quinque enim, ut vidimus, drachmis Polyaenum multatum esse putat; quarum cum tres *τῷ ἰδιώτῃ* exsolverentur, duae restarent; harum autem pars decima fere nihil est. Porro eos locos, quibus imprimis mihi S. ad opinionem suam adductus videtur esse, falso interpretatur. Sunt enim praecipue duo loci; alter in [Dem.] c. Theocr. or. § 19 sq., ubi haec leguntur: *ὀφείλει πεντακοσίας δραχμὰς Θεοκρίνης οὑτοσί, οὐκ ἐκτετικότος αὐτῷ τοῦ πατρὸς ἃς προσῶφλεν ἀφελόμενος τὴν Κηφισοδώρου θεράπαιναν εἰς ἐλευθερίαν, ἀλλὰ διοικησαμένου πρὸς Κτησικλέα τὸν λογογράφον, ὃς ἦν ἐπὶ τοῖς τῶν ἀντιδίκων πράγμασιν, ὥστε μήτ' ἐκτῖσαι μήτ' εἰς ἀκρόπολιν ἀνενεχθῆναι· ἃς οὐδὲν ἧττον, οἶμαι, Θεοκρίνης ὀφείλει νυνὶ κατὰ τὸν νόμον· οὐ γὰρ ἐὰν Κτησικλῆς ὁ μέτοικος συγχωρήσῃ τούτῳ, πονηρὸς πονηρῷ, μὴ παραδοθῆναι τοῖς πράκτορσι τὸν προσοφλόντα κατὰ τὸ νόμον, διὰ τοῦτο δεῖ τὴν πόλιν ἀπεστερῆσθαι τῶν ἐκ τῶν νόμων ἐπικειμένων ζημιῶν* —, alter in eiusdem c. Theocr. or. § 48, ubi accusator haec verba profert: *οἶμαι δ' αὐτοὺς ἐπιχειρήσειν λέγειν, ὡς οὐδ' εἰσὶν ἐνδείξεις τούτων, ὅσοι μὴ ἐν ἀκροπόλει ἐπιγεγραμμένοι εἰσίν, οὐδ' ἐστὶ δίκαιον τούτους ὑπολαμβάνειν ὀφείλειν, ὧν οὐδεὶς παρέδωκε τοῖς πράκτορσι τὰ ὀνόματα.* Quos locos S. ita explicat, ut eandem multam et in *πρακτόρων* albo et in arce in Minervae templo inscribi debuisse

---

[1]) cf. Apollod. III, 14, 1, 5: *καὶ τούτων (Ἀθηνᾶς καὶ Ποσειδῶνος) δικαζόντων ἡ χώρα τῆς Ἀθηνᾶς ἐκρίθη, Κέκροπος μαρτυρήσαντος, ὅτι πρῶτον τὴν ἐλαίαν ἐφύτευσεν.*

[2]) cf. p. 21.

dicat; secundi autem loci hisce verbis: *οὐδ' ἐστὶ δίκαιον — τα ὀνόματα* priorem quodammodo debendi statum designari ipse concedit. Quod equidem adeo probo, ut etiam altero loco *τὸ παραδιδόναι τὸν προσοφλόντα τοῖς πράκτορσι* prius evenisse arbitrer, quam *τὸ εἰς ἀκρόπολιν ἀνενεχθῆναι*. Nam haec verba: *διοικησαμένου - ὥστε μήτ' ἐκτῖσαι μήτ' εἰς ἀκρόπολιν ἀνενεχθῆναι* ita mihi interpretanda videntur esse, ut proprie, nisi pependisset, *ἐν ἀκροπόλει ἐπιγραπτέον* fuisse Theocrinem putem, ex eis autem, quae sequuntur, elucere, qua de causa ille putaverit non sibi multam persolvendam esse; *συνεχώρησεν* enim Ctesicles ei *μὴ παραδοθῆναι τοῖς πράκτορσι τὸν προσοφλόντα*. Quare ea de causa, quod practoribus non traditus esset, Theocrines speravit non fore, ut multam negligens in arce inscriberetur; ita ut consentaneum sit prius debitorem in *πρακτόρων* quam in *ταμιῶν* tabulas esse relatum. Quae ratio quam causam habuerit, ex Si. sententia non satis mihi explicari videtur. — Rectius ut diversum hunc debendi morem intelligamus, ista imprimis Andoc. de myst. or. § 73 verba nobis sunt respicienda: *ὁπόσοι — ἐπιβολὰς ὦφλον — τούτοις ἡ μὲν ἔκτισις ἦν ἐπὶ τῆς ἐνάτης πρυτανείας*. Certe hoc spatium eo consilio legibus praescriptum erat, ut intra hoc tempus ei, qui *ἐπιβολῇ* multati eam non solverunt, non pari modo debitores haberentur atque ei, qui spatium constitutum praetermiserunt. Quibus multam duplicatam et hac quoque in aerarium non relata bona publicata esse ex eodem Andoc. loco cognoscimus.[1]) Ubi praeterea leguntur: *οἱ δὲ ἄτιμοι τίνες ἦσαν; . . . οἱ μὲν ἀργύριον ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ, ὁπόσοι — ἐπιβολὰς ὦφλον κ. τ. λ.* Sane etiam durante iam tempore praescripto potuisse eos, qui multam alicui imposuissent, hanc exigendam curare probabile est. Neque quin magistratus cuiusdam exigere fuerit est cur dubitemus. Hos autem practores fuisse eo magis mihi consentaneum est, quod et a *πράττεσθαι* verbo nomen acceperunt et, *ὃ τῷ δημοσίῳ ἐγίγνετο, τοῖς πράκτορσιν* tradi solebat.[2]) Quos *γραμματεῖον* debitorum denuntiatorum habuisse et, si contigisset eis, ut exigerent multam, cum senatu eam delevisse discimus praeterea ex Andoc. de myst. or. § 79.[3]) Ei autem, qui intra praescriptionem *ἐπιβολὴν* non persolverant, debitores vere *τῷ δημοσίω ὀφείλοντες* facti sunt; quales ei intelligendi esse videntur, quos supra saepe apud *τοὺς τῆς θεοῦ ταμίας* inscriptos

---

[1]) ex hisce verbis: *εἰ δὲ μή, διπλάσιον ὀφείλειν καὶ τὰ κτήματα αὐτῶν πεπρᾶσθαι.*

[2]) cf. [Dem.] Macart. § 71.

[3]) ubi haec legimus: *τὰ δὲ ἄλλα πάντα ἐξαλεῖψαι τοὺς πράκτορας καὶ τὴν βουλήν.* —

invenimus. Quare equidem arbitror quaestores Minervae indicem habuisse omnium eorum publicorum debitorum, qui spatio legitimo contempto[1]) non pependissent multas.[2]) Qua sententia[3]) melius quam S.[i] et loci illi duo or. c. Theocr. hab. explicari possunt et hoc or. c. Aristog. exemplum (I., 4), quo opinionem suam adiuvare studet.[4]) Praeterea eos quoque omnes locos, ubi practoribus non commemoratis de inscriptione apud *ταμίας* tantum facta legimus, a nobis rectius intelligi puto.[5]) Denique autem cum ea ipsa, de qua agimus, causa nostra sententia magis congruit. Strategi enim quamquam ipsi non ignorantes, quantopere ex lege non egissent, practoribus militem non indicaverant neque intra praescriptionem *ἐπιβολὴν* exigendam curaverant, ea praetermissa[6]) neque multa a veterano soluta, licentia eadem, qua usi sunt per totam causam, militem ut *τῷ δημοσίῳ ὀφείλοντα τοῖς ταμίαις* tradiderant, eo consilio, ut in publicorum debitorum tabellis in Minervae templo positis inscriberetur. Quomodo etiam cur inscriptionem apud practores potius quam apud quaestores faciendam neglexerint, clarius est, quam si cum S.[o] conicimus ad illos novem multae partes, ad hos unam fuisse referendas.

Quibus illustratis et qui *οἱ ταμίαι* fuerint et qui acciderit, ut eis a strategis *ἐπιβολή* illa traderetur, scimus. Sed pauca addenda sunt de eis, quae in IX. [Lys.] or. § 7 sequuntur. Unde elucet deae quaestores poenam non modo non inscripsisse, sed etiam remisisse Polyaeno. Neque vero per se apparet, quomodo multae a magistratibus alicui irrogatae ab aerarii praefectis condonari potuerint. Nam ea, quae ap. Polluc. (VIII. 97) scripta sunt: *εἶχον δὲ* (scil. *οἱ ταμίαι τῆς θεοῦ*) *ἐξουσίαν καὶ ζημίαν ἀφελεῖν. εἰ ἀδίκως ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐπιβληθείη*,[7]) non magni momenti sunt, quod propter nostrum

---

[1]) intervalla diversa fuisse docet Boe. (St. H. I. p. 457 sq.).

[2]) Minervae ipsius arcae debitorum tabellas eos praeterea habuisse apparet ex eis, quae ap. [Dem.] (Mac. 71) legimus.

[3]) quam etiam Schoell. (l. l.) et L. (A. Pr. [2] p. 49, n. 23, cf. rec. s. c.) probare video.

[4]) cf. p. 73, n. 2.

[5]) Item qui factum sit, ut omnino *οἱ δημοσίῳ ὀφείλοντες* in deae albo consignarentur et inscriptionibus in arce factis maior vis tribueretur, nunc magis elucere existimo.

[6]) Quod nostro loco (§§ 6, 7) non nona prytanea peracta, sed munere imperatorum exeunte Polyaenum ab eis *τοῖς ταμίαις* traditum esse legimus, nil habet offensionis. Certe tempus legibus statutum exierat.

[7]) Totus hic locus sic legitur: *ταμίαι τῆς θεοῦ κληρωτοὶ μὲν ἐκ πεντακοσιομεδίμνων ἦσαν, τὰ δὲ χρήματα παρελάμβανον τῆς βουλῆς παρούσης. ἐκαλοῦντο δὲ οὗτοι κωλακρέται· εἶχον δὲ κ. τ. λ.* Haec verba: *ἐκαλοῦντο δὲ οὗτοι κωλακρέται* cum Stojentino, L.[o] (A. Pr. [2], p. 50, n. 25) inserenda esse in eis, quae antea ibi de apodectis dicta sunt, puto. Nam

exemplum Pollucem Minervae quaestoribus hanc potestatem tribuisse tam consentaneum est,[1]) ut num in universum eam habuerint incertum sit. Accedit quod ei hisce verbis: *τὸν παρ' ὑμῶν κίνδυνον ὑποστάντες ἄκυρον τὴν ζημίαν ἔκριναν* dilucide non ex certis quibusdam legibus sed suo periculo poenam Polyaeno condonasse dicuntur; ut etiam § 12. miles, cuius sane, ut recte S. adnotat p. 78, permultum intererat, iure usos esse ea potestate quaestores, in medio reliquit, utrum revera *οἱ ταμίαι* multam remittere *κύριοι* fuissent necne. Omnino autem eis multam, priusquam litteris consignarent, examinare[2]) non licuisse reque ita cognita, ut falso eam impositam esse sibi persuaderent, inscribendam recusare nego.[3]) Nam ne arbitrio

---

ἀποδέκτας a Clisthene pro eis magistratibus, qui prioribus temporibus *κωλακρέται* nominati sunt, institutos esse docet Androt. ap. Harp. s. v. *ἀποδέκται* (cf. p. 15, n. 7). — Quae explicanda fuerunt, ne quis ea, quae in Lex. Seg. p. 190, 15 s. v. *κωλακρέται* inveniuntur: *οἱ κρατοῦντες δικαστικὴν ζημίαν* ad *ταμίας τῆς θεοῦ* referat; ut cum alii tum Boe. (St. H. I², p. 239 sq.), S. (p. 78) fecerunt.

1) cf. A. Pr. ² I. p. 50, n. 25; H. l. l. p. 419; S. p. 78 sq., Fr. Verm. Weijers. (diatr. in Lys. or. in Nicomach. p. 63).

2) Ba. l. l. num *οἱ ταμίαι* imperatores *ἀνακαλεῖσθαι* potuerint adeo dubitat, ut pro hisce: *ἀνακαλεσάμενοι δὲ τοὺς παραδόντας τὴν γραφήν* (§ 7) — sic enim Emperius mutaverat, quae libri et Bekk. habent: *ἀνακαλεσάμενοι δὲ τοὺς παρόντας καὶ τὴν γραφήν*, — proposuerit: *τοὺς προσήκοντας τῇ ἐγγραφῇ*. Negat enim laudari posse Emperii coniecturam, primum quod quaeratur, an quaestores Minervae eam habuerint potestatem, ut citarent praetores; deinde, quod non opus fuerit citare, cum ipsi strategi inscriptionem tradiderint, porro, quod ex eis non recte comperire potuerint, *οἷα πεπονθώς* Pol. fuerit. Verum necesse fuisse, si voluissent *οἱ ταμίαι ἀκοῦσαι τὰ γεγενημένα*, ut eos citarent, ad quos pertineret res. Sed primum, qui fuerint *οἱ προσήκοντες τῇ ἐγγραφῇ* praeter Polyaenum, non explicat. Deinde cur non potuerint quaestores non tam citare quam invitare imperatores, ut examinantibus sibi, quo iure *ἐπιβολή* militi esset imposita, adessent et fortasse de sententia deducerentur (cf. § 7: *μεταπεῖσαι*), non satis intelligo, praesertim cum desiissent illi *εἶναι στρατηγοί*. Porro mihi quidem verisimillimum est tradita iam *γραφῇ* imperatores tum demum a quaestoribus vocatos esse, postquam Pol. cum his de illorum iniquitate eo sane consilio, ut inscriptionem prohiberet, conquestus esset; (cf. p. 15, 3); quare per militem ipsum iam satis, *οἷα πενονθώς* fuisset, quaestores cognovisse puto; ita ut scirent, quomodo de eis, quae praetores referrent, iudicarent. Quod autem veteranus non narrat se cum quaestoribus egisse non est mirum; nam e strategorum iam narratione eos perspexisse, quanta iniuria tractatus esset, iudicibus persuadere vult. — Quare Emperii coniecturam et simplicissimam et maxime probabilem puto neque quae St. (₂, p. 94) proposuit: *τοὺς παρόντας καὶ τοὺς παραδόντας τ. γρ* neque quae Westermannus: *τοὺς παραδόντας τὴν ἐγγραφήν* neque quae Reiskius: *τ. π. τ. ἀπογραφήν* probo.

3) cf. Sachse (üb. d. 30. R. d. Lys., p. 11) et Boe. (St. H. I, p. 210); id quod item praetoribus licuisse puto eadem condicione.

uterentur cautum erat. Quibus, si iniuria multam aliquam deleverant, proxima in *κυρίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐπιχειροτονία* et munere peracto *εὔθυνα* subeunda erat.[1]) Quare in tali causa *τὸν παρὰ τῶν δικαστῶν κίνδυνον ὑπέστησαν.* Abhorrere igitur hanc multae remissionem ab eis, quae de quaestorum auctoritate scimus, non concedo. Polyaenus sane ea ita nisus est, ut se multa liberatum esse putaret. Ut enim ipse § 11 explicat — de quo loco in secunda nostrae disputationis parte pluribus nobis erit tractandum —, Minervae arcae custodes, si iniuria sibi poena condonata esset, multandos esse existimavit, se autem omni culpa vacare; id quod nos quoque statuere propensi sumus. Nam primum ei, qui aliquid aerario debebant, tum demum, si in indicem *τῶν τῆς θεοῦ ταμιῶν* relati erant, ut vidimus, *τῷ δημοσίῳ ὀφείλοντες* fiebant; deinde autem loci hi (Lex. Seg. et Cant., Etymol. M. s. v. *δίκη ἀγραφίου*[1]) docent eos tantum, qui debitores non inscripsissent, *ἀγραφίου* potuisse accusari, non eos, qui non essent insripti. Hesychium enim, qui s. v. *ἀγραφίου* hoc quoque contendere videtur,[2]) ea secutum esse, quae in or. c. Theocr. hab. § 52 falso Theocrinem protulisse nos docet Ps.-Dem., L. (A. Pr.² p. 449) monet. Quare periculum in se solos recepisse quaestores apparet.

Plane alius sententiae ac miles praetores erant. Qui ut *ἀπογραφή* in eum instrueretur effecerunt. Adversus hanc Polyaeno se defendere opus fuit (cf. § 3 et § 21). Quare nonnulla de ea adicienda sunt.[3]) Atque primum quidem utrum nostrum *ἀπογραφῆς* exemplum ab aliis, quae nobis nota sunt, alienum sit necne quaeramus. — *Ἀπογραφῇ* cum ea bona, quae ut publicarentur constitutum erat vel iudicio vel plebiscito quodam, designabantur — id quod ex officio per *δημάρχους* factum esse hi loci docent: Plut. *β. τ. δ. ῥ.* p. 834. A, Lex. Seg 199, 5 (cf. ib. 237, 10), E. M., Harp. s. v. *δήμαρχος* —, tum id demum agebatur, ut bona cuiusdam a iudicibus publicanda decernerentur. Quod iterum duplici e causa accidere potuit, ut discimus ex Lex. Seg. 198, 31:[4]) aut *ὅταν τις δημόσιόν τι εἶναι παρά τινι φάσκῃ μὴ πρια-*

---

[1]) *γραφὴν ἀγραφίου* contra *ταμίας* intendi potuisse docet Lex. Seg. (199, 28 = E. M. 13, 15), ubi haec legimus: *εἶδος δίκης κατὰ τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ καὶ ἐγγεγραμμένων μὲν ἀπαλειφθέντων δὲ πρὶν ἀποδοῦναι. ἐνίοτε δὲ καὶ κατὰ τῶν μὴ ἐγγραφόντων τοὺς ὀφείλοντας.* cf. Lex. Cantabr. 663, 3: — *κατὰ τοῦ τὸν ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ μὴ ἐγγράψαντος* — cf. A. Pr.² p. 447, 448 (nn. 732, 733).

[2]) *ἀγραφίου δίκη· ἐπὶ τῶν καταδικασθέντων χρημάτων τῷ δημοσίῳ καὶ κατὰ χάριν μὴ ἐγγραφέντων ἐλέγετο.*

[3]) de *ἀπογραφῇ* imprimis egerunt L.-M.-Sch. (A. Pr.² pp. 302—312.)

[4]) s. v. *ἀπογραφὴ καὶ ἀπογράψαι· ἀπ. γίνεται τῆς οὐσίας, ὅταν — δημόσιον. ἀπογραφὴ γὰρ τοῦτο γίνεται· σημαίνει δὲ καὶ ἄλλα ἡ λέξις.* cf. Suid. s. v. *ἀπογράφειν* et Lex. Seg. 199, 4.

μένῳ αὐτὸ παρὰ τῆς πόλεως, aut *ὅταν δημεύηται τά τινος πρὸς τὰ ὀφλήματα, ἃ ὀφείλει εἰς τὸ δημόσιον.* Quamquam alterum hoc *ἀπογραφῶν* genus etiam exempla publicae pecuniae interceptae vel peculatus publici amplectitur,[1]) plurima tamen, quae huc trahenda sunt, spectant ad aes alienum civitati praestandum.[2]) Qualis quin ea quoque *ἀπογραφή* sit, de qua in nona [Lys.] or. agitur, dubitari non potest. Nam veterani, qui ne legitimo quidem spatio praetermisso paratus esse videretur ad pecuniam pendendam, bona vel pars eorum publicanda designata sunt, eo consilio, ut quae ex accusatorum sententia deberentur aerario publico compensarentur. — Quam *ἀπογραφήν* iniuria contra se intentam esse miles demonstraturus etiam de moribus se coactum esse sese defendere in prooemio exponit. Quos incusatos esse ab adversariis. Quare eos apud iudices ante veteranum locutos esse certum est,[3]) ita ut hanc, de qua agimus, talem orationem accusatoriam praecessisse putem, qualem esse Lysiae contra Philocratem (XXIV.) et [Dem.] c. Nicostratum habitam apparet. Eiusmodi autem orationes, quibus item atque hac defendit sese designatus contra *ἀπογραφήν*, hae sunt: Lys. XVIII.: *περὶ δημεύσεως τῶν τοῦ Νικίου ἀδελφοῦ*, XIX.: *ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων*, XXI.: *ἀπολογία δωροδοκίας.*[4]) Quare quod nona quoque oratio contra *ἀπογραφήν* habita sit et altera, quae commendaverit hanc iudicibus, antegressa videatur esse, nil praebet offensionis. — Tertio loco qui *ἀπογραφήν* in Polyaenum instruxerit examinemus. Unicuique enim, qui actiones publicas instituere potuit, etiam *ἀπογραφήν* intendere licuit. Quare cum per se verisimillimum sit eum, qui poena pecuniaria aliquem affecisset, *ἀπογραφῆς* quoque, illa non soluta, fuisse auctorem eundemque, qui bona alicuius publicanda detulisset, accusatoriam habuisse orationem appareat ex Lys. or. c. Philocr. et [Dem.] c. Nicostr. habita, nostra in causa strategos et *ἀπογραφήν* instituisse adversus militem et accusantes eum apud iudices locutos esse suspicamur. Quos Polyaenus ipse ita accusatorum loco habet, ut semper non contra unum sed contra plures se vertat (cf. prooem., §§ 14 sqq.). Praeterea eos, qui *παραγαγόντες πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν* militem *ἠδικηκότα οὐδὲν ἐπιδεικνύουσι καὶ λοιδοροῦσι* (§ 18), strategos esse cum alia docent tum § 15, ubi de eisdem legimus: *ὀμόσαντες μὲν οὖν τοὺς ἀστρατεύτους καταλέξειν παρέβησαν τοὺς ὅρκους κ. τ. λ.*

---

1) cf. A. Pr. ² p. 306; n. 310.

2) cf. A. Pr. ² p. 305; n. 309.

3) cf. praeter prooemium ea, quae § 18 legimus: *παραγαγόντες δὲ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν ἠδικηκότα με οὐδὲν ἐπιδεικνύουσι καὶ λοιδοροῦσι κ. τ. λ.* et quae § 19: *οἶδε μὲν οὖν ἐκ παντὸς τρόπου προθυμοῦνταί με τῇ δίκῃ ἁλῶναι.*

4) cf. A. Pr. ² p. 302, n. 301.

Verum sententia B.[i] et St.[i],[1]) qui putant accusatorem veterani civem quendam Atheniensem fuisse, firmatur nostrae orationis § 11. Ubi legimus: *συνέγνωσαν δὲ καὶ αὐτοὶ σφίσιν ὡς ἠδικηκότες· οὔτε γὰρ εὐθύνας ὑπέσχον κ. τ. λ.*[2]) Strategos igitur *εὐθύνας* subiisse[3]) miles negat, quod culpae suae sibi conscii fuissent. Quocum valde congruere concedendum est, quod eadem culpae conscientia illi, ne ipsi *ἀπογραφὴν* intenderent, deterriti sint. Quibus lite amissa i. e. quinta iudicum suffragiorum parte non impetrata ea subeunda erant, quae causa perdita sibi instare dicit Apollodorus ([Dem.] c. Nicostr. or. § 1): *ἐκινδύνευον ἂν περὶ χιλίων δραχμῶν καὶ τοῦ μηδέποτε μηδένα αὖθις ὑπὲρ ἐμαυτοῦ γράψασθαι.*[4]) — Quod deinde veteranus de *ἐπιβολῇ* se defenderit, non de ipsa *ἀπογραφῇ*,[5]) quamquam § 3 de hac sibi dicendum

[1]) cf. A. B.[2] I, p. 597 et St.[2], p. 91. B. civem illum a strategis vel dicendo vel testando tantum adiutum esse existimat, St. eum quoque Polyaeno inimicum fuisse monet.

[2]) de his verbis, quae sequuntur: *οὔτε εἰς δικαστήριον εἰσελθόντες τὰ πραχθέντα κύρια κατέστησαν* iam supra (p. 15) egimus.

[3]) Unusquisque civis Atheniensis cum magistratum muneris sui rationem reddentem incusare posset, si quid munere fungens peccasset (cf. Aesch. c. Ctes. or. § 23: *ἐχρῆν σε — ἐᾶσαι τὸν τῶν λογιστῶν κήρυκα κηρῦξαι τὸ πάτριον καὶ ἔννομον κήρυγμα τοῦτο· τίς βούλεται κατηγορεῖν;*), hanc ob causam Polyaenus strategos euthynas fugisse putat, quod timuissent, ne quereretur de iniquitate eorum. Potuisse enim magistratus differre *εὐθύνας* trans diem legitimum docet Aeschinis illud exemplum, qui tribus annis interiectis rationem demum reddidit (cf. Dem. d. f. l. 103: *νῦν διὰ τὴν ὑμετέραν πρᾳότητα καὶ εὐήθειαν εὐθύνας δίδωσι καὶ ταύτας ὁπηνίκα βούλεται* et ib. 211); easque etiam omnino vitatas esse elucet ex Lys. XXV, 30, ubi legimus haec: *οἱ — πολλὰς ἀρχὰς ἄρχοντες οὐδεμιᾶς εὐθύνην διδόασιν.* Quare imperatores quoque consulto rationem effugisse veri non dissimile est. Neque tamen assentior eis, qui post vocabulum *ὑπέσχον* genetivum quendam ut *τούτων* (= *τῆς ἐπιβολῆς*, cf. Scheibii ed. praef. p. XXIII) aut supplendum aut intelligendum esse dicant, ita ut strategos non omnino nullam — id quod fieri per leges non potuisse — sed illius multae rationem reddere neglexisse existement. Nam et evitasse magistratus euthynas vidimus et etiamsi de *ἐπιβολῇ* strategi tacere voluissent rationem subeuntes, de hac eos incusaturum fuisse militem consentaneum est. Sine genetivo praeterea *εὐθυνῶν* vocem plerumque inveniri demonstrant hi loci: Lys. c. Erg. 5; c. Alc. I, 38; Dem. d. f. l. 211 al.

[4]) Polyaeno, si litem amisit, exspectandum erat, ut tanta pars bonorum suorum publicaretur, quanta *ἐπιβολή* duplicata (cf. Andoc. de myst. § 73) compensaretur. Praeterea quamquam ex hisce § 21 verbis: *τίνι γὰρ ἐπαρθέντα ἐλπίδι δεῖ με συμπολιτεύεσθαι* concludi posse concedo Polyaenum ipsum *ἀτιμίαν* non videri timuisse (cf. B. A. B.[2] p. 597), ea tamen certe illi imminebat auctore eodem Andocide. (cf. l. l.)

[5]) cf. Lys. XVII, 4; ubi actor pluribus de *ἀπογραφῇ* in Eratonem intenta loquitur.

esse monuit, ne in hac quidem re quod haereamus est. Nam multam sibi et iniuria impositam et a Minervae quaestoribus condonatam esse demonstrans, etiam *ἀπογραφήν* propter illam sibi irrogatam iniustam esse ita sibi videbatur docere, ut de hac nihil addendum esse existimaret, sed potius speraret se, si illustravisset, quanta iniquitate prius se tractassent praetores, *δι᾽ ἔχθραν* se insectantes (cf. §§ 13 sqq.), nunc quoque inique bona sua publicanda designata esse facillime iudicibus esse persuasurum. Ceteroquin ex eo, quod de *ἐπιβολῇ* propter *λοιδορίας* Polyaeno iniecta pluribus hac in oratione agitur, quam de *ἀπογραφῇ* ipsa, explicandum esse credo, in earum Lysiae vel Ps.-Lys. orationum numero hanc locum obtinere, quae de *κακηγοριῶν* causis habitae sunt (VIII., X., XI.).[1] — De foro porro, apud quod tales causae agi solitae sint, scimus intra id tempus,[2] quo *οἱ σύνδικοι* Athenis magistratu functi sunt, eas ad horum iurisdictionem pertinuisse.[3] Cum autem nonam [Lys.] orationem, ut infra videbimus, anno multo posteriore habitam esse verisimile sit, de syndicis cogitari non potest. Nil certi deinde lucramur ex eis, quae tradita sunt in Lex. Cant. p. 672: *ἄμεινον οὖν Ἀριστοτέλης* (frg. 389 R.) *τὰς γὰρ ἀρχὰς ἐν ταῖς κυρίαις ἐκκλησίαις φησίν — τὰς ἀπογραφὰς τῶν δημευομένων ἀναγιγνώσκειν*, aut ex eis, quae ap. Poll. VIII., 95 legimus: *ἡ κυρία — ἐν ᾗ καὶ τὰς ἀπογραφὰς τῶν δημευομένων ἀναγιγνώσκουσιν οἱ πρὸς ταῖς δίκαις·* Ex eis autem, quae in E. M. p. 338, 35 de undecimviris leguntur: *εἰσῆγον δὲ καὶ τὰ ἀπογραφόμενα χωρία, οἰκίας καὶ τὰ δημόσια εἶναι δόξαντα παρεδίδουν τοῖς πωληταῖς*, quamquam uno hoc testimonio excepto praeterea tale quid non traditum habemus, concludi posse arbitror nostram causam *τοῖς ἕνδεκα* praesidentibus apud heliastas actam esse.[4]

Quibus expositis quoniam vidimus, quomodo Polyaenus iniuria iterum militiae adscriptus indignationem verbis paulo liberioribus declaraverit, deinde *ἐπιβολῇ* ab imperatoribus multatus, a Minervae autem quaestoribus ea liberatus, postremo poena non soluta *ἀπογραφῇ* in ius vocatus sit, totam igitur causam ab initio usque ad finem perlustravimus, tres adhuc restant loci hac in parte interpretandi; qui utrum ad nostram an ad aliam, quae eam antecesserit, causam pertineant, minime apparere St. monet ($_2$, p. 91). Sunt enim § 15, ubi leguntur haec: *ὀμόσαντες μὲν οὖν τοὺς ἀστρατεύτους καταλέξειν παρ-*

[1]) cf. St. $_2$, p. 100.

[2]) Statim aut certo brevi temporis intervallo post reditum ex Piraeo syndici instituti sunt. cf. Harp. s. v. *σύνδικοι*. Rud. Schoell., qui in „comment. de quaestst. fiscalibus iuris att. ex Lys. orr. illustr.“ p. 6 sqq. de syndicis diligenter egit, eorum collegium per viginti plus minusvo annos officio functum esse putat.

[3]) cf. Lys. 18, 26; 19, 32; 17, 10; Is. frg. 10; praeterea cf. A. Pr. ^{2} p. 124, 310; Frei: „zu Lys.“, progr. p. 25; al.

[4]) cf. A. Pr. ^{2} p. 88, n. 137; p. 310 et Scheib. praef. p. LXXXI.

ἔβησαν τοὺς ὅρκους, προῦθεσαν δὲ τῷ πλήθει βουλεύσασθαι περὶ τοῦ σώματος κ. τ. λ., deinde § 17, ubi legimus haec: *ἀλλ' οὕτως ὀλιγώρως καὶ παρανόμως προσηνέχθησαν, ὥστε — τὸ πέρας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασαν*, porro § 18, ubi inveniuntur haec: *παραγαγόντες δὲ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν — λοιδοροῦσιν.* De primo illo loco haec sentio. Cum Polyaenum denuo conscriptum militiam detrectasse — quamquam de hac re certi nil legimus — concludere liceat ex indignatione, qua exarsit, veri non dissimile sane videtur esse contra eum *ἀστρατείας γραφήν* esse intentam. Quam instrui potuisse contra eos, qui *καταλεγέντες* non praesto essent, docent cum alii loci tum duo hi: [Dem.] c. Neaer. 27[1]) et [Lys.] c. Alc. I, 7.[2]) *Ἀστρατείαν* porro cum *ἀτιμίᾳ* punitam esse sciamus ex Andoc. de myst. § 74[3]) et aliunde, concedendum est haec verba: *προῦθεσαν βουλεύσασθαι περὶ τοῦ σώματος* rectius dici de tali causa quam de nostra. Ei autem, in quem capitis deminutio erat irrogata, nullam apud iudices causam agere licuit, ut docet [Lys.] c. Andoc. 24.[4]) Quare aut litem *ἀστρατείας* strategos amisisse aut *στρατείαν*, ad quam inscriptus esset Polyaenus, intermissam esse nobis est coniciendum. Illud cum non consentaneum sit — nam certe id apud iudices miles praedicavisset —, expeditio non effecta esse videtur; ita ut in eum *γραφὴ ἀστρατείας* instrui omnino non potuerit. Quod cum eis, quae infra de causae nostrae tempore dicenda erunt, valde congruit. Quare ad superius tale iudicium illa verba: *προῦθεσαν κ. τ. λ.* pertinere nego. Quae, ut Fra. (l. l. p. 71) recte monet, eis, quae sequuntur: *ζημιώσαντες μὲν ὡς τὴν ἀρχὴν λοιδοροῦντα, κατολιγωρήσαντες δὲ τοῦ δικαίου, βιαζόμενοι βλάπτειν ἐξ ἅπαντος λόγου* fusius necessario explicantur. Ea autem ad multam Polyaeno impositam spectant, de qua nunc primum coram iudicibus agitur. Moleste igitur hoc loco rem in maius extollit orator.[5]) — Neque alter locus ad causam priorem referendus est. Capitis enim deminutionem etiamsi Polyaenus exilio

---

1) *οὐκ ἐξελθὼν ἐκείνην τὴν στρατείαν γραφεὶς ὑπὸ Στεφάνου τούτου ἀστρατείας* —

2) *ἀστρατείας μὲν γὰρ δικαίως ἂν αὐτὸν ἁλῶναι ὅτι καταλεγεὶς ὁπλίτης οὐκ ἐξῆλθε μεθ' ὑμῶν στρατοπεδευόμενος* (quocunque modo hunc locum corruptum [cf. Frohberg. ed. II. p. 141, Thalh. Jahrb. CXV. 1877, p. 269 sqq.] constituis, id quod volo demonstratur).

3) *τούτους ἔδει καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς ἐκ τούτων ἀτίμους εἶναι. καὶ ὁπόσοι λίποιεν τὴν τάξιν ἢ ἀστρατείας ἢ δειλίας ἢ ἀναυμαχίου ὄφλοιεν κ. τ. λ.*

4) *προςεψηφίσασθε ὑμεῖς αὐτὸν εἴργεσθαι τῆς ἀγορᾶς καὶ τῶν ἱερῶν, ὥστε μηδ' ἀδικούμενον ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν δύνασθαι δίκην λαβεῖν.* cf. A. Pr. ² p. 756, n. 26.

5) cf. ea, quae infra hoc de loco dicta sunt, et St. ₁, p. 516.

aequiparavisset, commorationem in urbe damnato sibi intolerabilem esse existimans, *ἀτίμῳ* tamen nunc ei hanc causam dicere non licuisset.[1]) — Tertii denique loci non video cur verba: *περὶ τῶν αὐτῶν* non referamus ad multam veterano a strategis impositam; qua ita is hanc causam adductam esse putat, ut de illa se defendentem demonstraturum se esse speret, qua iniuria *ἀπογραφή* contra se sit intenta. Haec autem *πάλιν παραγαγεῖν* verba noli nimis premere, ut de multa solvenda causam iam dixisse militem arbitreris.

Sed hactenus de prima nostrae disputationis parte!

Causa igitur diligenter pertractata nihil invenimus, quod ita a iure attico alienum sit, ut talem orationem haberi omnino et a scriptore iuris attici perito componi potuisse sit negandum. Quare iam, ut erat propositum, num aliis fortasse de causis Harpocratio eam a Lysia abiudicaverit quaeramus. Neque enim negligenter, sed certis argumentis motum grammaticum illum, cui plurimae de fide Lysiacarum orationum annotationes debentur, hoc: *εἰ γνήσιος* (scil. *ὁ λόγος*) additamento dubitasse de quibusdam B. recte mihi videtur monere.[2]) Tales autem quaestiones, quibus diiudicetur, utrum scriptum quoddam ei, sub cuius nomine traditum habeamus, derogandum sit necne, nisi temporis discrimine vel similibus certis causis nitimur, plerumque in hoc vertuntur, quatenus ea, quae de auctoris indole et consuetudine scimus, in illo de quo agitur libello reperiantur. Lysiae cum pinax Studemundianus XCC aut CC, Plutarchus et, qui eum exscripsit, Photius CCXXIII — CCCXXXV, Dionysius non minus CC, Caecilius CCXXXIII, Suidas plus CCC orr. et spurias memorent fuisse, nos autem XXXI orr. neque eas incorruptas et praeter illas trium maiora fragmenta a Dion. tradita habeamus, his solis nisi certum de eius indole iudicium facere non possumus. Quare etiam nonae nobis orationis authentiam inquirentibus veteres sunt adhibendi. Ex quorum numero cum inter Graecos Plato (Phaedr.), auctor *τῶν βίων τῶν ί ῥητόρων*, Demetrius Alexandrinus (*περὶ ἑρμηνείας*), Hermogenes (*περὶ ἰδεῶν*), [Dionys. Cass. Longinus] (*περὶ ὕψους*), deinde apud Romanos Cicero (Brut., de orat., or.), Quintilianus (instit. orator.), Favorinus (ap. Gell. N. A. II, 5) egerunt, tum Dionys. Halic. et alibi et in singulari libro.

Inter recentiores de stilo Lysiaco disputaverunt: B (l. l. pp. 381—421), Fra (l. l. pp. 1—25), Carelius (= C) (de Lys. iudiciali sermone sententiae veterum), Berbigius (= Ber) (über d. genus

---

[1]) Coniecturas et Rauchensteinii, qui *ἐξελαύνουσι* vel *ἐξελαύνειν ζητοῦσιν*, et Scheibii, qui *ἐξελάσαι* pro *ἐξήλασαν* proposuit, St. refutavit. Eam autem interpretationem, quam ipse adhibendam esse putat, collato hoc loco, Lys. III, 10, haud scio an non probem, quod perverso loco niti videtur.

[2]) B. I.² p. 376.

dicendi tenue des Redners Lysias), F. A. Muellerus (= Mue) (observv. de Lys. elocutione, p. I.: de anacoluthis), Albrechtius (= A) (de or. Lys. vigesima), Nowackius (= No) amicissimus (de orr. quae inter Lysiacas feruntur XIV. et XV. authentia), Fritzschius (= Fri) (de Pseudolysiae oratione octava), Thomaschikius (= Th) (de Lysiae epitaphii authentia verisimili), Le Beauus (= Le B) (Lysias' »Epitaphios« als echt erwiesen). De nona ipsa oratione plura attulerunt cum Foertschius (= Foe) (observv. criticae in Lys. orr. p. 7—13) et Fra (l. l. p. 64—72), tum St. (ll. ll.) et B. (l. l. p. 596 sqq.).

Examinemus iam duce Dionysio, qui in libro de Lysia scripto[1]) singulas eius virtutes enumerat, utrum digna sit oratio veterum testimonio necne. Atque primum quidem puritas hoc modo laudatur (c. 2): *καθαρός ἐστι τὴν ἑρμηνείαν, πάνυ καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριστος κανών, οὐ τῆς ἀρχαίας, ᾗ κέχρηται Πλάτων καὶ Θουκυδίδης, ἀλλὰ τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης.* Quam virtutem quod infra (c. 13) Dion. porro explicat positam esse in *τῷ καθαρῷ τῶν ὀνομάτων* atque *τῇ ἀκριβείᾳ τῆς διαλέκτου,*[2]) cum B°, C°. aliis puto verba et prisca et insolita eisque notionibus vel constructionibus usurpata, quibus tunc homines Attici non utebantur, Lysiam evitasse. — Inter prisca primum vocabula in or. *ὑπὲρ τ. στρατιώτου* habita hoc mihi ponendum esse videtur:

ὑποτοπεῖσθαι (§ 4), quod quidem ap. Her. (VI, 70; IX, 116), ap. Aristoph. (Ran. 958, Thesm. 496 B.), ap. Thuc. (1, c. 20: *ὑποτοπεῖν*), al. reperimus, non apud posteriores scriptores.

Deinde inusitata notione haec adhibita sunt:

δικαίωσις (§ 8), quod nostro loco, ut recte Reiskium interpretari existimo, idem significat quod *δίκαιον* i. e. titulum iuris, quo causam tuam confirmes,[3]) nusquam autem praeterea hoc sensu usurpatum invenitur;[4])

συνίστασθαι (§ 15), quod cum *ὀργήν* accusativo coniunctum offensionem praebet;[5]) nam plerumque tales accusativi: *πρᾶγμα, κίνδυνον, πόλεμον, ἀγῶνα, μάχην, πολιορκίαν* similes additi leguntur;

τετάχθαι (§ 20), quod hac notione: »a rerum natura ita esse constitutum et ordinatum« sine additamento, ut *φύσει*, inveniri recte negat St.;[6])

---

[1]) cf. Dion. Hal. V., p. 452 sqq. ed. Reisk.

[2]) cf. Dion. de Isocr. c. 2, Dion. de Demosth. c. 4, Cic. or. § 29, Quintil. X. 1, 78.

[3]) cf. Harpocr. s. v. *δικαίωσις* (p. 3, n. 1).

[4]) ap. Thuc. (VIII, 66) notione condemnationis, (I, 141) petitionis, (III, 82) opinionis iudicialis legitur.

[5]) cf. Fra (l. l. p. 70) et St. $_2$, p. 96.

[6]) l. $_4$, p. 519.

συγγιγνώσκειν (§ 11), quod plerumque idem atque »ignoscere« est,[1]) hoc autem significans: »conscium sibi esse«, ut nostro loco, apud Herod. tantum et Platonem reperimus.

Ἅπαξ λεγόμενα porro in nulla alia Lysiae oratione nisi in nona occurrunt haec: παραμελεῖν (§ 1), ὑποτοπεῖσθαι (§ 4), (ἐπὶ μηδενὶ) ὑγιεῖ (§ 4), ἐνδημεῖν (§ 5), δικαίωσις (§ 8), πλημμελεῖν (§ 10), συγγιγνώσκειν (§ 11). Quorum quod παραμελεῖν et πλημμελεῖν apud Lysiam quidem non exstant, illud tamen non solum apud Herod. (I, 85), Plat. (R. 10. p. 620 C), Thucyd. (I, 25), Xen. (Mem II, 2, 14), sed etiam apud [Dem.] (61, 35) et Isocr. (IV, 93; XV, 168), hoc apud Plat. (Legg. 7, p. 813 C; 12, p. 943 E), Xen. (Mem. I, 2, 26), Antiph. (3, γ, 6), Isocr. (V, 37; V, 129; XII, 64; XII, 223), Dem. (XVIII, 74 et 155), al., ὑγιής deinde eadem significatione cum ap. Thucyd. (III, 75; IV, 22), Plat. (Legg. I, p. 630 B, R. 10, p. 603 B, ubi idem legitur: ἐπ᾽ οὐδενὶ ὑγιεῖ [οὐδ᾽ ἀληθεῖ]), tum apud Isocr. (XV, 198) et Dem. (XVIII, 298) invenitur, restant haec: ὑποτοπεῖσθαι, δικαίωσις, συγγιγνώσκειν, quae cur offensionem praebeant iam exposuimus, atque ἐνδημεῖν, quod a posterioribus tantum adhibetur; pro quo legimus § 4: ἐπιδημεῖν.[2]) Accedunt προπηλακίζεσθαι (§ 4), quod ap. Lys. modo subditicio loco (XV, 6), et συνίστασθαι (§ 15), quod reperitur quidem ap. Lys. (XXII, 17 et 21), sed valde alia notione (συνίστασθαι ἐπὶ τοὺς ἐμπόρους = coisse in societatem, coniurasse in fraudem negotiatorum), porro συμβουλεύεσθαι (§ 5) medium, quod ap. Herod. et Plat. saepius legimus neque vero apud oratores excepto Isocrate (IX, 44) quodque ap. Lys. tantum activa forma usurpatum habemus (XIX, 16; XXII, 8 et 9; XXVIII, 5; XXXIII, 3), denique προαγορεύεσθαι (§§ 5 et 15), quod compositum praeter [XXXI], 31, ubi προειρημένα, opposita τοῖς ἀποῤῥήτοις, sunt publice dicta vel imperata, ap. Lys. non exstat et pro quo legimus simplex tantum XIX, 24 et 27 (ῥᾴδιον ἐκ τῶν εἰρημένων γνῶναι), atque δυναστείας vocabulum (§ 14), quod ut hoc loco nil nisi civis cuiusdam honores vel auctoritatem significans apud solum Isocr. (IX, 19: δυναστείας λαβών = munera suscipiens et VI, 82: δυναστείας ἀναλαμβάνειν) reperitur, eo autem loco, ubi ap. [Lys.] praeterea legitur (II, 18), pro tyrannide positum est.[3]) [4])

---

[1]) aut „consentire“; cf. Is. 8, 38 (συγγιγνωσκόντων τῶν φίλων = consentientibus amicis).

[2]) quod saepius ap. Lys. ipsum occurrit; cf. XII, 35; 71; [XX], 21.

[3]) Eodem sensu habemus hanc vocem ap. Plat. (Legg. 3, p. 681 D), Isocr. (II, 8; IV, 65), Xen. (Hell. V, 46), al.

[4]) Adde: τοὺς ἐντὸς πλημμελοῦντας (§ 10). Ἐντός enim, quod sciam, plerumque praepositio est (praeter Dem. XXXIV, 20 et 35, ubi „ἐντὸς εἶναι“ = „mentis compotem esse“ legimus). Praeterea quod hoc loco dictum est pro: ἐν τῷ δικαστηρίῳ, offensioni mihi est.

Quare quamquam multa etiam in nona insunt oratione, quae alibi in corpore Lysiaco simillime dicta inveniuntur,[1]) tamen ea, quae collegimus, certe plura sunt in tam brevi oratione, quam ut offensionem non praebeant.[2]) Pertinet porro ad sermonis puritatem, ut etiam in rebus grammaticis orator secutus sit Atticam consuetudinem. Atque primum quidem talia composui, quae congruunt cum Lysiae dictione, ut *καθιστάναι* verbum (§ 19) cum duobus accusativis coniunctum reperitur VII, 17; 32; XXIII, 12; XXXII, 23; XXXIII, 6; [XX], 23 al.; infinitivi deinde pendentes ab adiectivis *δίκαιος* (§ 9), *κύριος* (§ 12)[3]) saepissime exstant ap. Lysiam;[4]) neque personalis horum adiectivorum usus, qui ap. Antiph. et Dem. crebro occurrit, a Lysiae sermone abhorret (cf. XXV, 14; XXXI, 3; 20; [XX], 9; 12; 30; 34; frg. XVI, 2; IV, 20; XVII, 1 etc.);[5]) porro *ἔχω* saepe, ut § 14, cum infinitivo coniunctum est (cf. locos ab A.º (l. l. p. 53) allatos et XII, 90), nec minus *προτίθημι* (§ 15) excusatur (cf. *παραδιδόναι* VII, 34; XXII, 2; *διδόναι* [XX], 27 etc.), infinit. autem fut. a verbo *μέλλω* crebro pendent (§ 16).[6]) Adice quod solum *καί* cum imperativo coniunctum, *δή* particula omissa (§ 8), item legitur: X, 14; 15; XIII, 32; 35; 50; XXII, 5; [XIV], 8 al. Neque quod § 17 in hisce verbis: *ἀλλὰ γὰρ*[7]) *κατεφρόνησαν* orator et *ἀλλά* particula graviorem distinctionem singularum partium quam *δέ* effecit et *γάρ* voculam addidit dicturus, qua de causa illam rem liquerit,[8]) neque quod sententia, quae finem orationis facit, *οὖν* particula inducta est (§ 22),[9]) offensionis quidquam habet; neque alienum est a Lysiae consuetudine, quod § 2 *μέντοι* positum est pro *δέ*; nam responsionem saepius effici ap. Lys.

---

[1]) cf. Le B. (l. l. p. 29, 82, 85), Th. (l. l. p. 20, 33), Sachse (üb. d. 30 R. des Lys., p. 40); cf. etiam huius or. § 1. sententiam cum simili XII. or. § 38: „adversarii rem, de qua agitur, negligunt alienaque accusant"; deinde § 22 cum [XX], 19 et XXVII, 16: „etiam ii, qui aperte peccaverunt, absolvuntur"; porro § 21 cum [XX], 33; XVIII, 1; XXIX, 11: „non ad pecuniam, sed ad caput rerum lis pertinet". cf. A. (l. l. p. 45).

[2]) *ἀνακαλεῖσθαι* medium (§ 7) quamquam exstat tantum ap. Pseudolys. (VI, 49), sollemne est. cf. No. (l. l. p. 55); de v. *διείλεκτο* sensu passivo cf. tertiam huius diss. partem.

[3]) *κύριος* et ad homines (ut § 12) et ad res (ut § 10) spectat; hoc monet No. (l. l. p. 42, s. v. *κύριος*); cf. § 19, ubi eadem ratione *ἄκυρος* de hominibus, et § 7, ubi de rebus dictum est; *κυρόω* verbum legimus § 11.

[4]) cf. eos locos, quos A. (l. l. p. 52 sq.), collegit.

[5]) cf. etiam *φανερός* (§ 9) et eos locos, quos St. (l. 2, p. 94) collegit.

[6]) cf. permultos locos ab A.º (l. l. p. 53) coll.

[7]) sic cum Turr. lego.

[8]) cf. III, 26; VII, 42; XXIV, 14; 21; XXV, 17; XXXIV, 10; XXII, 11; XII, 99; [II], 77; cf. Schepium (de transitionis formulis, quibus oratores Attici praet. Isocr. Aisch. Dem. utuntur) et edit. Frohb.-Geb. I, p. 486 sqq.

[9]) cf. XIII, 97; XVIII, 27; XIX, 64; XXVI, 24; [XX], 36.

particulis non tam adversativis quam conclusivis vel affirmativis, ut μένιοι, τοίνυν, οὖν, καὶ μήν, docent ei loci, quos Mue. (l. l. p. 4 sq.) collegit.[1]) Ut horum denique verborum: τὴν μὲν οὖν ὀργὴν διὰ τὰ προειρημένα συνεστήσαντο (§ 15) et horum: οἶδε μὲν γὰρ ἅπαντα — ἔπραξαν (§ 19), ita etiam multis aliis Lys. locis[2]) contraria illa quidem patent nec tamen notantur; eodemque modo πρῶτον μὲν (§ 3) invenitur alibi, sic in prima sententiae parte adhibitum, ut alterum membrum omnino absit, sed facile animo suppleatur.[3]) Quare haec anacolutha non molesta sunt nisi eo, quod admodum multa in tam brevi oratione insunt.[4]) — Item multitudine tantum suspicionem movent verba haec, absolute, ut ita dicam, usurpata: ὀφείλειν [§ 9 et § 12, sed τὴν ζημίαν ὀφείλειν (§ 10)], ἐκτίνειν (§ 9), πράξασθαι (§ 6 et § 12), ζημιοῦν (§ 6, § 11, § 16), λοιδορεῖν (§ 6), ἀφεῖναι (§ 7, § 11, § 12), παραδιδόναι (§ 6, § 13), βλάπτειν (§ 16), ἐξελαύνειν (§ 17).[5]) Quod deinde § 13 ad γεγενημένον pronomen αὐτόν, § 14 ad ζῶντος et ἐκλιπόντος genetivus αὐτοῦ supplendus est, ne hoc quidem offendit, collatis eis, quae St. ($l._1$, p. 510 sq.) de pronominibus apud Lys. ad particip. vel ad gen. absol. vel ad inf. saepius adiciendis exposuit.[6]) Neque magis haerendum est in eo, quod § 1 in hisce verbis: περὶ παντὸς πλείω λόγον ἢ τοῦ προσήκοντος ποιοῦνται praepositio περί omissa est;[7]) nam his quoque locis XVI, 11

[1]) cf. imprimis XXIII, 7; XXXII, 1; [XIV], 1, ubi item atque nostro loco μέντοι particula responsio fit.

[2]) cf. Mue. (l. l. p. 6.)

[3]) cf. Mue. (l. l. p. 7), A. (l. l. p. 55), Fri (l. l. p. 23). Aliter rem se habere, si prius membrum habet non πρῶτον μέν, sed τὸ μὲν πρῶτον, docet Mue. (l. l. p. 7 sq.); tum enim sequi, nulla exceptione data, particulam adversativam idque ob eam causam, quod alterum membrum novam involvat sententiam. Ut cum aliis novem Lys. locis, tum nonae or. § 7. habemus: τὸ μὲν πρῶτον ἔπειθον — ἀποροῦντες δὲ κ. τ. λ.

[4]) Neque est cur in hisce § 14 verbis haereamus: ζῶντος μὲν γὰρ διὰ τ. ἀ. κ. τ. ἡ. ἐσχόλαζον, ἐκλιπόντος δὲ τὸν βίον οὔτε λ. οὔτε ἐ. ἔβλαψα οὐδένα τ. κ., ἔχω δὲ καὶ τοιαῦτα εἰπεῖν κ. τ. λ. Talium enim tripartitarum periodorum exempla, ubi ad duo membra antitheti particulis μέν -δέ iuste formati tertium vocula δέ adiungitur, quod sententia cum prioribus illis opponitur, tum autem quasi ea concludit et absolvit, ex Lys. orr. multa attulit Th. (l. l. p. 32.)

[5]) cf. St. ($l._1$, p. 510 sq.)

[6]) cf. § 16, ubi Reisk. inter βιαζόμενοι βλάπτειν pron. ἐμέ interponendum esse opinabatur; cf. etiam Fri. (l. l. p. 7), Foe (l. l. p. 66), Th. (l. l. p. 37), deinde Bremium (ad Lys. p. 50), Porsonem (ad Eurip. Phoen. v. 714).

[7]) post καί praepositio iterata est in hisce § 14 verbis: διὰ τὴν ἀνάγκην καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν (nisi cum Dobreo hoc loco rectius sic scribendum est: ἀνάγκῃ διὰ τὴν ἡλικίαν), post καί — καί in hisce § 19. verbis: καὶ κατὰ τοὺς νόμους καὶ κατὰ τὸ εἰκός. cf. St. ($l._1$, p. 515; n. 4) et ed. Frohb. II, ad or. X, 7 app.

(*περὶ κύβους ἢ πότους*), X, 7 (*οὐ περὶ τῶν ὀνομάτων διαφέρεσθαι ἀλλὰ τῆς τούτων διανοίας*), VII, 15 (*νῦν δ' οὐ περὶ αἰσχύνης ἀλλὰ τῆς μεγίστης ζημίας ἐκινδύνευον*), XXVI, 11 (*περὶ ἐμοῦ ἢ τοῦ πατρός*), XVIII, 6 (*καὶ διὰ τοὺς προγόνους καὶ αὐτόν*), XVIII, 13 (*καὶ πρὸς τοὺς πολίτας καὶ τοὺς ξένους*), [XX], 4 (*ἢ αὐτοῦ ἕνεκα ἢ τῶν παίδων*) praepositio repetita non est.[1]) Abhorrere autem a Lysiae consuetudine videtur, quod in hisce § 3 verbis: *περὶ τοῦ ἐγκλήματος οὐ περὶ τοῦ τρόπου* oppositio efficitur per simplex *οὐ*; pro quo, uno praeterea excepto loco (XXVII, 16; ubi legimus: *ἔχθραν, οὐ δίκην)*, semper *ἀλλ' οὐ* Lysiam dicere A., (l. l. p. 59) monet. Deinde quod *ὅδε* pronomen et § 1 et § 7 pro *οὗτος* de antecedentibus dictum est,[2]) minime cum sermone Lysiaco congruere St.° concedendum est.[3]) Porro pro *λόγον ποιεῖσθαι* (§ 1) praeter XXX, 15 semper legimus apud Lysiam: (*τοὺς*) *λόγους ποιεῖσθαι* (cf. huius or. § 2).[4]) [5])

Ab ea virtute, quam secundo loco (l. l. c. 3) Dionysius hisce[6]) laudat: *ἑτέραν δ' οὐδὲν ἐλάττω ταύτης ἀρετὴν πολλοὶ μὲν ἐζήλωσαν τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀκμασάντων, οὐδεὶς δὲ βεβαιότερον ἐπεδείξατο· τίς δ' ἐστιν αὕτη; ἡ διὰ τῶν κυρίων τε καὶ κοινῶν καὶ ἐν μέσῳ κειμένων ὀνομάτων ἐκφέρουσα τὰ νοήματα. ἥκιστα γὰρ ἄν τις εὕροι Λυσίαν τροπικῇ φράσει χρησάμενον. καὶ οὐκ ἐπὶ τούτῳ μόνον ἐπαινεῖν ἄξιον, ἀλλ' ὅτι καὶ περιττὰ καὶ σεμνὰ καὶ μεγάλα φαίνεσθαι τὰ πράγματα ποιεῖ τοῖς κοινωτάτοις χρώμενος ὀνόμασι καὶ ποιητικῆς οὐχ ἁπτόμενος κατασκευῆς — ὁμοίως δὲ τοῖς ἰδιώταις διαλέγεσθαι δοκῶν πλεῖστον ὅσον ἰδιώτου διαφέρει· καὶ ἔστι* (Reiskii pro *ἐπεί* coniect. sequor) *ποιητὴς κράτιστος, λελυμένης ἐκ μέτρου λέξεως, ἰδίαν τινὰ λόγων εὑρηκὼς ἁρμονίαν,*[7]) *ἣ τὰ ὀνόματα κοσμεῖ τε καὶ ἡδύνει μηδὲν ἔχοντα ὀγκῶδες μηδὲ φορτικόν κ. τ. λ.*, primum tria nominum genera aliena esse: *γλώσσας* (prisca verba), *πεποιημένα* (quae aut plane nova apparent aut notione usurpantur inusitata), *διπλᾶ* vel

---

[1]) cf. St. (l. l, p. 502; n. 1.)

[2]) cf. § 11 et § 19; ubi moleste praeterea ferimus, quod, nullo discrimine facto, *οἵδε* modo ad imperatores, (qui deinde, § 20, in hisce verbis: *τούτων ἀδικούντων* intelliguntur,) modo ad quaestores referendum est.

[3]) cf. St. (l. l, p. 501 et p. 525).

[4]) cf. Rauchenstein. (ad XII, 2) et St. (l. l, p. 502).

[5]) Restat, ut haec addam: *ἀγανακτέω* verbum, quod absolute (i. e. sine *εἰ*) usurpatum invenimus § 4 et § 20, saepius ita a Lys. dictum est; cf. No. (l. l. p. 9, s. v. *ἀγανακτέω*); *παρ' ὑμῶν* autem, quod legitur § 20 pro: *ὑφ' ὑμῶν* [*στερηθεὶς τοῦ δικαίου*], defendit Fra (l. l. p. 36, ad Lys. III, 36).

[6]) cf. Dion. d. Dem. c. 4; Cic. or. 9; Cic. Brut. 9, 16; Quint. 10, 1, 78.

[7]) cf. Dion. de Dem. dic. vi 2, 4; Quint. 9, 4, 17; 10, 1, 75; Dion. Chrysost. or. 18.

σύνθετα (composita verba) recte mihi C. (l. l. p. 14) monere videtur.[1]) *Γλωσσῶν* et *πεποιημένων* exempla supra iam attuli. *Σύνθετα* praeter necessitatem pro simplicibus verbis posita haec tantum notavi: *παραμελεῖν* (§ 1) pro *ἀμελεῖν*, *προαγορεύεσθαι* (§ 5 et § 15) pro *ἀγορεύεσθαι*,[2]) *κατολιγωρεῖν* (§ 16) pro *ὀλιγωρεῖν*, *ἐπικρύπτεσθαι* (§ 18) pro *κρύπτεσθαι;* audaciore conatu ficta nulla insunt. Neque deinde ab ea abstinentia, qua Lysias translationes non usurpat nisi quae cotidianae linguae usu tradita erant, hae valde discrepant: *ὁ ἀγὼν πρόκειταί μοι* (§ 3),[3]) *ὅρκους παραβαίνειν* (§ 15),[4]) *βιαίως καὶ παρανόμως διαθεῖναι* (§ 18), *διαβολὰς ἐπιφέρειν τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ τρόποις* (§ 18).[5]) — Minus Lysiae simplicitati, qua synonyma non ultra necessitatem cumulat, haec mihi convenire videntur: *οὔτ' ὀφείλω οὔτ' ἐκτῖσαι δίκαιός εἰμι* (§ 9), *παρεδόθην καὶ ἐζημιώθην* (§ 13), *παρανόμως καὶ βιαίως* (§ 17), *τὸ τελευταῖον — τὸ πέρας* (ib.), *τὰς οἰκείας καὶ συνήθεις διαβολάς* (§ 18), *βέλτιον καὶ δικαίως* (§ 19), *κατὰ τοὺς νόμους καὶ κατὰ τὸ εἰκός* (ib.), *τίνι ἐπαρθέντα ἐλπίδι δεῖ με συμπολιτεύεσθαι ἢ τί με χρὴ διανοηθέντα* (§ 21). — Ornatu porro vel *τροπικῷ* vel *ῥητορικῷ* Lysias ita se abstinuit,[6]) ut *συνεκδοχαί, περιφράσεις, μετωνυμίαι* et *παράλληλα, ἰσόκωλα, παρόμοια, παρονομασίαι, πολύπτωτα, ὁμοιοκάταρκτα, ὁμοιοτέλευτα, πολυσύνδετα, ἀσύνδετα,* aliae eiusmodi figurae, si popularem dicendi consuetudinem egressae multae in oratione sub Lysiae nomine tradita insunt, non parvi sint momenti ad fidem eius in dubium vocandam; ut XIV. [Lys.] or. cum propter alia tum propter *ὁμοιοτέλευτα* plurima[7]) num Lysiae attribuenda sit dubitatur. In nostra magnam offensionem praebent neque *περιφράσεις* haece: *τὸ πραχθέν* (§ 4)[8]) pro *τοῦτο*, *ἐκλείπειν τὸν βίον* (§ 14) pro *ἀποθανεῖν*, *τὴν ὀργὴν συνίστασθαι* (§ 15) pro *ὀργίζεσθαι*, *πάντα περὶ ἐλάττονος ποιεῖσθαι τοῦ ἀδίκου*[9]) (§ 16) pro *μεγάλα ἀδικεῖν* — nam multum eas a popularium sermone distare nego — neque *παράλληλα*, quae § 16, § 19, § 20 occurrunt: *μεγάλα μὲν ἐμὲ βλάψειν, πολλὰ δ' ἑαυτοὺς ὠφελήσειν* (§ 16), *ἠδικηκότες μὲν οὐδὲν φαίνονται, λόγον δὲ πλεῖστον τοῦ δικαίου ποιησάμενοι* (§ 19), *τετάχθαι τοὺς*

---

[1]) cf. B. (l. l. p. 408.)

[2]) cf. ll. p. 30 allatos.

[3]) cf. Fri. (l. l. p. 8.)

[4]) cf. [VI], 43: *παραβὰς τὰ δόγματα.*

[5]) cf. C. (l. l. p. 16 sq.)

[6]) cf. B. (l. l. p. 142 sqq.)

[7]) cf. No. (l. l. p. 76.)

[8]) cf. ea, quae Fra (l. l. p. 66) de hoc loco protulit.

[9]) sic c. Marklando et Scheibio pro librorum *δικαίου* scribendum esse St. recte mihi arbitrari videtur, collatis his locis: I, 26 et [XXXI], 18. (cf. St. $l._1$, p. 517.)

μὲν ἐχθροὺς κακῶς ποιεῖν, τοὺς δὲ φίλους εὖ (§ 20).[1]) Magis haereo in hisce participiis in exitu similibus: *ὀμόσαντες μὲν οὖν — ζημιώσαντες μὲν ὡς τ. ἄ. λ., κατολιγωρήσαντες δέ κ. τ. λ.* (§ 16) et in *ὁμοιοτελεύτοις*, quae exstant § 6: *ἠξίωσαν — ἐπεχείρησαν — παρέδοσαν* et § 17: *κατεφρόνησαν — ἠξίωσαν — προσηνέχθησαν — ἐπεχείρησαν — ἐξήλασαν*. Moleste autem fero, quod § 4 et § 5 quinque deinceps enuntiata participiis introducuntur (*ἀφικόμενος — αἰσθόμενος — προσελθών — προπηλακιζόμενος — ἀπορούμενος καὶ συμβουλευόμενος*). — Praeterea quamquam ex eis, quae Phot. (cod. 262, p. 489 a 30) narrat: *ἰδίωμα δὲ Λυσίου καὶ τὰς ἀντιθέσεις προάγειν, μηδαμῶς μὲν ἐμφαινούσας τὸ ἐπιβεβουλευμένον, τὸ δὲ ἀπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐπεσπασμένον δεικνύειν*, elucet Lysiam *ἀντιθέσεις* non plane repudiasse, studiosus earum certe non fuit.[2]) Quare iure offendimus in eo, quod hae nimis multae in ea de qua agimus oratione insunt:

§ 1: *τοῦ μὲν πράγματος — τὸν δὲ τρόπον, τόδε μὲν ἐπίστανται — ἡγούμενοι δὲ — ποιοῦνται*, § 2: *ὅτι μὲν οὐκ ἐμοῦ κοταφρονήσαντες ἀλλὰ τοῦ πράγματος — εἰ μέντοι κ. τ. λ.*, § 3: *ᾤμην μὲν οὖν — διαβαλλόντων δέ*, § 4: *ἠγανάκτουν μέν — ἡσυχίαν δ' εἶχον*, § 5: *κἀμοὶ μὲν τὰ προειρημένα διείλεκτο — οἱ δὲ κ. τ. λ.*, § 6: *πράξασθαι μὲν οὐκ ἐπεχείρησαν — ἐξιούσης δὲ τῆς ἀρχῆς κ. τ. λ.*, *οἵδε μέν — οἱ δὲ ταμίαι*, § 7: *τὸ μὲν πρῶτον — ἀποροῦντες δέ*, § 8: *ὅτι μὲν οὖν ἀφείθην ἐπίστασθε — προσήκειν δὲ κ. τ. λ.* § 9: *τοῦ μὲν νόμου διαῤῥήδην ἀγορεύοντος ἀκηκόατε — ἐγὼ δέ*, § 10: *ἠδικηκὼς μὲν οὐδὲν φαίνομαι — ἔχθρᾳ δὲ ζημιωθείς*, § 11: *εἰ δ' οὖν ἐζημίωσαν μὲν οἵδε προσηκόντως — ἐκύρωσαν δ' ἐν ὑμῖν*, § 12: *εἰ μὲν γὰρ κύριοι ἦσαν — εἰ δ' ἔξεστιν, εἰ δ' ἔξεστι μὲν αὐτοῖς — διδόασι δὲ εὐθύνας*, § 13: *ᾧ μὲν τρόπῳ — ἐπίστασθε · δεῖ δὲ μὴ μόνον — ἀλλὰ καί, πρότερον μέν — εἰδὼς δέ*, § 14: *ζῶντος μὲν γάρ — ἐκλιπόντος δὲ τὸν βίον*, § 15: *ὀμόσαντες μὲν οὖν — παρέβησαν, προὔθεσαν δέ*, § 16: *ζημιώσαντες μέν — κατολιγωρήσαντες δέ, μεγάλα μέν — πολλὰ δέ*, § 17: *ἀπολογήσασθαι μέν — τὸ δὲ τελευταῖον*, § 18: *τοῖς μὲν ἐμοῖς — τοῖς δ' αὐτῶν τρόποις*, § 19: *οἵδε μέν — ὑμεῖς δέ, ἠδικηκότες μέν — λόγον δέ*, § 20: *τούτων μέν — τοὺς μέν — τοὺς δέ — παρ' ὑμῶν δέ, δι' ἔχθραν*

---

[1]) quam sententiam Le B. (l. l. p. 89) non iniuria in proverbiorum numero habet; quibus multis praeterea locis Lysiam uti exempla docent ib. collata.

[2]) cf. St. (l. l, p. 526, n. 2), B. (l. l. p. 402 et 413), Ber. (l. l. p. XVI sq.), Fri. (l. l. p. 11).

μὲν γάρ — διὰ κακίαν δέ, § 21: *λόγῳ μέν — ἔργῳ δέ*, *τυχὼν μέν — παραχθεὶς δέ*, *εἰδότα μέν — ἀποροῦντα δέ*.

Item Lysiam, qui etsi popularem consuetudinem plane videtur secutus esse, ab illa tamen valde eo differt, quod singularem quandam harmoniam lectori praestat, *ᾗ τὰ ὀνόματα κοσμεῖ τε καὶ ἡδύνει*,[1]) verba eadem et formas easdem tam abundanter adhibuisse nego, quam is fecit, qui nonam scripsit corporis orationem.[2]) Sexcenties enim primum vocabula eadem, vel parvo plerumque spatio interiecto, usurpata invenimus: *διανοεῖσθαι* (§ 1, § 7, § 21); *πρᾶγμα* (§ 1 [bis], § 2, [§ 4: *πραχθέν*], § 5), *πράττεσθαι* (§ 6, ib. *διαπράττεσθαι*, § 12), *πράττειν* (§ 4, § 16, § 17, § 19); *λόγον ποιεῖσθαι* (§ 1, ib. *λέγειν*), *τοὺς λόγους ποιεῖσθαι* (§ 2), *τὴν ἀπολογίαν ποιεῖσθαι* (§ 3), *πάντα περὶ ἐλάττονος ποιεῖσθαι* (§ 16), *τὴν ἀδικίαν περὶ οὐδενὸς ποιεῖσθαι* (§ 18), *λόγον πλεῖστον τοῦ δικαίου ποιεῖσθαι* (§ 19), *περὶ πλείστου ποιεῖσθαι τὸ δίκαιον* (§ 22, ib. *συγγνώμην ποιεῖσθαι*); *διαβάλλειν* (§ 1, [§ 2: *διαβολαί*], § 3, [deinde § 18, § 19: *διαβολαί*]); *ἀντίδικοι* (§ 1, § 3; § 14, § 21); *προσήκειν* (§ 1 [bis]; § 11, § 12, § 18); *καταλέγειν* (§ 4 [bis]); *ζημιοῦν* (§ 6, [§ 7: *ζημία*], § 9 [bis], § 10 [bis], § 11, § 12, § 13, § 16); *ἀφεῖναι* (§ 7, § 8, § 11, § 12 [bis]); *ἔγκλημα* (§ 3, § 8, § 11 [§ 8 et 11 cum eodem verbo *ἀπαλλάττεσθαι* coniunctum], § 13); *ὀφείλειν* (§ 9, § 10, § 12); *εἰσῆλθον* (§ 9), *ἐλθὼν εἰς* (§ 10), *εἰσελθόντες εἰς* (§ 11); *ἀγορεύειν* (§ 6, § 9, § 10); *ἀδικεῖν* (§ 10, § 11, § 12), *ἄδικος*, *ἀδικία*, *ἀδικεῖν*, *ἀδίκημα*, *ἀδίκως* (§ 16, § 18, § 19, § 20, § 21, § 22); *δίκαιος*, *δικαίως* (§ 19 [ib. *δίκη*], § 20, § 21, § 22); *κύριος* (§ 11 [ib. *κυρόω*], § 12); *ἐπιχειρεῖν* (§ 1, § 6, § 17); *ἐγενόμην — γεγενημένον* (§ 13), *γενόμενος* (§ 14); *πρόφασις* (§ 7, § 13, § 15); *ἐπίστασθε* (§ 8, § 13); *βλάπτειν* (§ 14, § 16 [bis]); *ὑπαρχούσης* (§ 15), *ὑπάρχοντος* (§ 16); *παρανόμως* (§ 17, § 18); *ἐπαρθέντες* (§ 19), *ἐπαρθείς* (§ 21); *τρόπος* (§ 1, § 3, § 13, § 18, § 19); *ἔχθρα* (§ 7, § 10, § 13 [bis]), *ἐχθρός* (§ 14), *ἔχθρα* (§ 15), *ἐχθρός*, *ἔχθρα* (§ 20), *ἔχθρα* (§ 22).[3]) Quod deinde orator coniunctiones *μὲν οὖν* (§ 1 [bis], § 8, § 15 [bis], § 19, § 20, § 21) et *μὲν γάρ* (§ 12, § 14, § 19, § 20, § 21) plus iusto sibi condonavit, ita ut in epilogo sex enuntiata deinceps modo *μὲν οὖν* modo *μὲν γάρ* particulis incipiant, opprobrio ei vertendum est. Accedit quod formis quoque eisdem oratio nona abundat, ut participiis ad par subiectum referendis (cf. § 1:

---

1) cf. l. p. 33 l.

2) cf. St. (l. l., p. 526 sq.) et Fri. (l. l. p. 13).

3) cf. etiam: *εἰ μέντοι ὑμᾶς οἴονται ὑπὸ τῶν διαβολῶν πεισθέντας καταψηφιεῖσθαί μου* (§ 2) cum his: *ὑμεῖς δὲ μὴ ταῖς τούτων διαβολαῖς ἐπαρθέντες ἐμοῦ καταψηφίσησθε.* (§ 19.)

διανοηθέντες — ἀγνοοῦντες — ἡγούμενοι — καταφρονήσαντες, § 4 sq.: *ἀφικόμενος — ἐπιδεδημηκώς — αἰσθόμενος — προσελθών — προπηλακιζόμενος — ἀπορούμενος — συμβουλευόμενος*, § 7: *διανοηθέντες — ἀνακαλεσάμενοι — ἀκούσαντες — ἐννοοῦντες — διδάσκοντες — ἀποροῦντες — ὑποστάντες*, § 15 sqq.: *ὀμόσαντες — ζημιώσαντες — κατολιγωρήσαντες — βιαζόμενοι — μέλλοντες — νομίζοντες — διατεθέντες — παραγαγόντες — ἐπιφέροντες* etc.).

Tertia virtus a Dionysio laudata *σαφήνεια*, quarta *σύντομία* est. Quae cum sic describantur (cc. 4; 5),[1]) ut hanc cum illa Lysias coniunxerit, simul nobis considerandae sint. Quamquam enim tanta et in verbis et in rebus tractandis perspicuitate orator utitur, ut simplicissimus quisque dictionem plane intelligat nullis adhibitis interpretamentis, brevis tamen est et in elocutione et in narratione atque tantum abest, ut superfluam ostentet verbositatem, ut saepe necessaria videatur omittere. Quare non haereremus in eo, quod in nona oratione *ζημιοῦν, ὀφείλειν, ἐκτίνειν, πράξασθαι, παραδιδόναι*, alia verba absolute usurpata habemus,[2]) deinde cum pronomina saepe, tum contraria supplenda sunt,[3]) nisi nimis multae talis brevitatis exempla in ea inessent. Neque magis synonyma supra notata a *συντομίᾳ* abhorrent.[4]) Sententiarum autem nimia modo brevitas modo verbositas offensionem praebet. De quibus ut recte iudicemus, hoc mihi loco pauca de diversa Lysiae res in singulis orationis partibus explicandi ratione inserenda videntur esse. Exponit enim pluribus Dionys. (de Lys. c. 17 sqq.)[5]) primum *κατὰ τὰς εἰσβολὰς τῶν λόγων πάντων δεξιώτατον εἶναι τὸν ῥήτορα καὶ χαριέστατον*, deinde *ἐν τῷ διηγεῖσθαι τὰ πράγματα κράτιστον πάντων ῥητόρων, ἐν δὲ τῷ πιστοῦσθαι τὰ πράγματα* (i. e. in argumentatione) porro et *ἐν τοῖς ἐπιλόγοις* non admodum notabilem. Quare imprimis num prooemium (§§ 1—3) et narratio (§§ 4—7) eius de qua agimus orationis cum illis Lysiae virtutibus congruant nobis quaerendum est. Atque primum quidem exordium laude dignum non est. Etsi enim St. (l. $_1$, p. 500 sq.)[6]) nimis acriter vituperat, quod hoc enuntiato (§ 1): *τί ποτε διανοηθέντες — ἐπεχείρησαν διαβάλλειν; πότερον ἀγνοοῦντες ὅτι περὶ τοῦ πράγματος προσήκει λέγειν; ἢ τόδε μὲν ἐπίστανται,*

---

[1]) cf. Dion. rhet. 18, de Dem. 13; Plat. Phaedr. p. 234 E.; Quint. 8, 2, 22; 12, 10, 21; Hermog. de form. III, p. 202, 380 (Sp.); Phot.; alios.

[2]) cf. p. 32.

[3]) cf. p. 31 sqq.

[4]) cf. p. 34.

[5]) cf. de Dem. 13; de singularum partium indole diligenter egit: Ottsenius (de rerum inventione ac dispositione, quae est in Lysiae atque Antiphontis orationibus, p. 8 sqq.).

[6]) cf. B. (l. l. p. 600).

ἡγούμενοι δὲ λήσειν[1]) *περὶ παντὸς πλείω λόγον ἢ τοῦ προσήκοντος ποιοῦνται;* simplex haec sententia circumscribitur per se satis dilucida: *τί ποτε διανοηθέντες — ἐπεχείρησαν διαβάλλειν, πότερον ἀγνοοῦντες, ὅτι — λέγειν; ἢ ἡγούμενοι λήσειν;*, § 2 certe haec nobis suffecissent: *ὅτι μὲν οὐκ ἐμοῦ κατεφρόνησαν, ἀλλὰ τοῦ πράγματος σαφῶς ἐπίσταμαι.* Quomodo molesta repetitio verborum *λόγους* (*λόγον*) *ποιεῖσθαι* evitata esset. Praeterea hisce: *οὐκ ἐμοῦ καταφρονήσαντες* idem significari atque eis quae antecedunt: *τὸν τρόπον μου ἐπεχείρησαν διαβάλλειν* et hisce: *τοῦ πράγματος καταφρονήσαντες* idem atque illis: *τοῦ πράγματος παρημελήκασι* non iniuria mihi St. explicare videtur.[2]) In eis autem, quae sequntur, desideratur post *ἐγκλήματος* vocabulum *μόνου* additamentum et deinde pro hisce: *περὶ πάντων τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι* exspectantur: *περὶ ἀμφοτέρων τ. ἀ. π.*[3]) — In narratione deinde ea, quae ad rerum statum in universum intelligendum maxime necessaria sunt, ut cognovimus, narrantur. De singulis autem, quae infra diligentius examinabimus, adeo non docemur, sed ad coniecturas faciendas confugere coacti sumus, ut mihi quidem laudi illi, quam Dionys. Lysiae *σαφηνείᾳ* tribuit,[4]) talis narratio sufficere non videatur. Quam neque excerptoris, qui verba oratoris partim contraxerit partim omiserit, opera mutilatam neque librariorum culpa nimis corruptam esse in tertia nostrae disputationis parte demonstrare conabimur. — Argumentatio (§§ 10—18) porro similes ambages praebet atque prooemium. Primum cum dixerit orator § 9 haec: »quod lex tantum, ut audivistis, *τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδοροῦντας* puniri iubet, me autem non *εἰς τὸ ἀρχεῖον* intravisse testes affirmaverunt, iniuria multatus *ἐπιβολήν* solvere non debeo«, hoc modo § 10 pergens: *εἰ γὰρ φανερός εἰμι μὴ ἐλθὼν εἰς τὸ συνέδριον, ὁ δὲ νόμος τοὺς ἐντὸς πλημμελοῦντας ἀγορεύει τὴν ζημίαν ὀφείλειν, ἠδικηκὼς μὲν οὐδὲν φαίνομαι, ἔχθρᾳ δὲ ἄνευ τούτου παραλόγως*[5]) *ζημιω-*

---

[1]) post *λήσειν* excidisse *ἀδικοῦντες* suspicatur praeter necessitatem Fra. (l. l. p. 64).

[2]) Totum hunc locum St. rectius interpretari puto quam Fra., qui (l. l. p. 65), *καταφρονεῖν* verbi sensu falso intellecto, § 2 olim sic scriptam fuisse praeter rem existimat: *ὅτι μὲν οὖν ἐμοῦ καταφρονήσαντες τοὺς λόγους ποιοῦνται σαφῶς ἐπίσταμαι.* Pluribus praeterea de § 2 egit Foe. (l. l. p. 7).

[3]) cf. St. (l. l.).

[4]) cf. St. ($l._1$, p. 502 sqq.).

[5]) non probo Taylori coniecturam: *ἀντὶ τούτου παρανόμως*, quam commendat St. ($l._1$, p. 509 sq.); sed Reiskii *παραλόγως* (pro librorum *παραγώγως* coni.) eis: *ἄνευ τούτου* verbis, quae libri praebent quaeque cur mutemus non satis intelligo, valde convenire puto (cf. § 12: *εὐλόγως*), idque propria hac notione: „praeter exspectationem“; quam habet multis locis, ut ap. Thuc. (I, 65; 140; II, 91); Aristot. (Ethic. Nic. V, 10); ap. Xen. saepius, al.; idem atque *ἀδίκως* significat uno hoc Dem. loco: XXVII, 68 (*δίκαιοι δ' ἐστ' ἐλεεῖν οὐ τοὺς ἀδίκους, ἀλλὰ τοὺς παραλόγως δυστυχοῦντας*).

θείς eadem, ordine solo sententiarum mutato, exponit. In eis deinde, quae §§ 11, 12 sequuntur, libri *ἀπηλλαγμένοι εἶεν* praebent, *οὐδέ* ante *ἐννόμως* omittunt, post *διδόασι δέ* habent *αὐτοῖς* (*ὑπὲρ ὧν κ. τ. λ.*). Quae lectiones tam corruptae sunt, ut sane corrigendae videantur esse. Earum autem quas viri docti proposuerunt emendationum simplicissimas esse hasce Turicensium (Scheibii) puto: *ἀπηλλαγμένος εἴην, οὐδ' ἐννόμως, εὐθύνας* pro *αὐτοῖς* cumque tota disputatione Polyaenus imprimis ostendere studeat, multa sibi a *ταμίαις* condonata, se ipsum debitorem esse desiisse,[1] neque Reiskii, qui librorum *εἶεν* retinet et deinde sic scribit: *οἱ μὲν γὰρ κύριοι ἦσαν πράξασθαι ἢ ἀφεῖναι, ἐννόμως δὲ ζημιωθεὶς εὐλόγως ἂν ὤφειλον κ. τ. λ.*, neque Ba^i hanc sanandi rationem[2]) probo: *εἰ δ' οὖν ἐζημίωσαν μὲν οὖν προσηκόντως, ἐκύρωσαν δέ — ἀφέντων, εἰκότως ἂν τ. ἐ. ἀπηλλαγμένοι εἶεν· εἰ μὲν γὰρ κύριοι ἦσαν* (imperatores) *πράξασθαι ἢ ἐφεῖναι,*[3]) *ὁπωσοῦν ζημιωθεὶς εὐλόγως ἂν ὤφειλον κ. τ. λ.* · Item a Thalheimio, qui proponit:[4]) — *ἀπηλλαγμένος εἴην· εἰ μὲν γὰρ μὴ κύριοι ἦσαν πράξασθαι ἢ ἀφεῖναι, ἐννόμως ζημιωθεὶς εὐλόγως ἂν ὤφειλον κ. τ. λ.*, et a Fra° dissentio, qui § 12 sic legendum esse statuit:[5]) *εἰ δ' ἔξεστι μηδὲν αὐτοῖς ἀφεῖναι κ. τ. λ.* Neque enim omnino *ἀφεῖναι τὴν ζημίαν* quaestoribus Minervae licuisse negat orator, sed monet tantum eo, quod rationes reddere deberent, potestatem condonandi quodammodo conscriptam esse.[6]) Sed § 12 argumentationem diligentius examinemus. Qua simplex haec sententia: *οἱ μὲν γὰρ κύριοι ἦσαν πράξασθαι ἢ ἀφεῖναι· εἰ δὲ διδόασιν εὐθύνας, εἴ τι ἠδικήκασι, τῆς προσηκούσης δίκης τεύξονται* quam copiose exponitur.[7]) Nam primum haec verba: *ἐννόμως ζημιωθείς* respondent eis, quae antecedunt (§ 11): *εἰ δ' οὖν ἐζημίωσαν προσηκόντως κ. τ. λ.*, et haec: *οὐδ' εὐλόγως ἂν ὤφειλον* illis: *εἰκότως ἂν τοῦ ἐγκλήματος ἀπηλλαγμένος εἴην*, deinde praeter necessitatem hisce verbis: *εἰ δ' ἔξεστι μὲν αὐτοῖς ἀφεῖναι* repetuntur illa: *εἰ μὲν γὰρ κύριοι ἦσαν ἀφεῖναι.* In tanta autem verborum abundantia ne satis clara quidem omnia sunt; ut in his: *εἰ μὲν γὰρ κύριοι ἦσαν* (init. § 12) qui fuerint *κύριοι* per se incertum et in ultimo § 12 enuntiato parum dilucide dictum est non Polyaeno multam praestandam esse, sed quaestores ipsos omnem in se recepisse

---

[1]) difficillimi huius loci sententiam pluribus exposuit St. (l. l., p. 511 sqq.).

[2]) cf. l. l. p. 251 sqq.

[3]) praeterea utrum strategis *πράξασθαι ἢ ἐφεῖναι* licuerit necne minime quaeritur.

[4]) cf. Jahrbb. f. Philol. 1878, p. 530.

[5]) cf. l. l. p. 69.

[6]) cur Thalh.^i lectio praeterea nobis sit offensioni, recte mihi St. (l. l. p. 513, n. 1) exposuisse videtur.

[7]) cf. St. (l. l. p. 513).

culpam. — Quibus expositis etsi rationem habemus minoris Lysiae argumentandi sollertiae, has tamen de quibus egimus §§ nimis differre puto ab eius arte, qualis in aliis orationibus (ut in XXII—XXIV) occurrit. — In posteriore porro tractationis parte (§§ 13—18) primum Polyaenus opibus quas per Sostratum quendam adeptus esset se non abusum esse pluribus exponit (§§ 13 sq.). Neque vero de *ἔχθρας προφάσει*, de qua se narraturum esse § 13 initio promittit, ita, ut in bona oratione exspectamus, docemur.[1]) Quare etiam haec quae sequuntur verba (§ 15): *τὴν μὲν οὖν ὀργὴν διὰ τὰ προειρημένα συνεστήσαντο* eis quae antecedunt non satis explicata videntur esse. Praeterea singula a Lysiae perspicuitate abhorrent, ut quo iure inter se opponantur haec: *Σωστράτῳ γὰρ φίλος ἐγενόμην πρότερον μὲν τῆς τούτων ἔχθρας* et haec: *εἰδὼς δὲ περὶ τὴν πόλιν ἄξιον λόγου γεγενημένον* non apparet[2]) et horum quae § 14 leguntur: *οὔτ' ἐχθρὸν ἐτιμωρησάμην οὔτε φίλον εὐηργέτησα* tantum abest, ut altero loco causa afferatur, ut eadem quodammodo sententia repetatur hisce verbis: *οὔτε λόγῳ οὔτε ἔργῳ ἔβλαψα οὐδένα τῶν κατηγορούντων.*[2]) — Ea deinde, quae §§ 15—18 sequuntur, ut epilogus (§§ 19—22), cum amplissima sunt in tam brevi oratione tum molestissimas praebent repetitiones. Quae quales sint cognosces collatis hisce: *προὔθεσαν — κατολιγωρήσαντες τοῦ δικαίου* (§ 16), *οἵτινες — πάντα περὶ ἐλάττονος ποιοῦνται τοῦ ἀδίκου* (ib.), *ἐπικρύψασθαι τὴν ἀδικίαν περὶ οὐδενὸς ἐποιήσαντο* (§ 18), deinde *οὕτως ὀλιγώρως καὶ παρανόμως παρηνέχθησαν* (§ 17) et *διατεθέντες οὕτω παρανόμως καὶ βιαίως* (§ 18), porro *τοὺς βέλτιον καὶ δικαίως βουλευσομένους* (§ 19), *οἵδε ἅπαντα καὶ κατὰ τοὺς νόμους καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς ἔπραξαν* (ib.), *ἠδικηκότες μὲν οὐδὲν φαίνονται, λόγον δὲ πλεῖστον τοῦ δικαίου ποιησάμενοι* (ib.). Bis igitur vel ter retractatas habes easdem sententias. Quare ne hae quidem orationis partes dignae sunt, ad quas laus illa referatur.[3]) — Iam ceteras Lysiae virtutes examinare pergamus.

---

[1]) quamquam totum hunc locum, ut est, infra in tertia parte explicare conabimur.

[2]) cf. St. (l. l., p. 514 sq.); omitto quod non satis intelligimus cur *ζῶντος τοῦ Σωστράτου* Pol. *σχολάζειν* debuerit, si hanc lectionem: *διὰ τὴν ἀνάγκην καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν* sequimur; fortasse ea, quae codex habet: *διὰ τὴν ἀν. διὰ τὴν ἡλικίαν* (omissa copula *καί*), sic cum Dobreo legenda sunt: *ἀνάγκῃ διὰ τὴν ἡλικίαν* (cf. p. 32, n. 7) aut *διὰ τὴν ἀνάγκην* varia lectio est in marginem releganda; quam sententiam Halbertsma protulit (lectt. Lys. p. 19).

[3]) cf. etiam § 21: *τίνι γὰρ ἐπαρθέντα ἐλπίδι δεῖ με συμπολιτεύεσθαι ἢ τί με χρὴ διανοηθέντα* (scil. *μεῖναι*, quod addendum esse rectissime mihi Reisk., Rauchenst., Scheib. suspicari videntur.) — Distinctio autem singularum orationis partium admodum verbosa offensione caret; qua etiam in aliis Lys. orr. *σαφήνεια* augetur; cf. B. (l. l. p. 600) et ea, quae infra de or. n. dispositione dicta sunt.

Quintam Dionysius his effert (c. 6): μετὰ ταύτας ἀρετὴν εὑρίσκω παρὰ Λυσίᾳ πάνυ θαυμαστήν —· τίς δ' ἔστιν ἥν φημι ἀρετήν; ἡ συστρέφουσα τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις. Quibuscum pugnare videtur, quod his c. 8 verbis: καὶ συντίθησι τὴν λέξιν, ἁπλῶς πάνυ καὶ ἀφελῶς, ὁρῶν ὅτι οὐκ ἐν τῇ περιόδῳ καὶ τοῖς ῥυθμοῖς, ἀλλ' ἐν τῇ διαλελυμένῃ λέξει γίνεται τὸ ἦθος Lysias periodos, quae certis numeris effictae essent, non adhibuisse laudatur. Sed altero hoc loco non nimis anxie percepto[1]) aliisque veterum iudiciis[2]) et eis orationibus, de quarum fide non dubitatur, collatis negari non potest Lysiam, etsi simplicitate quadam et temperantia etiam hac in re usus est, sententias tamen quodammodo in compendium contractas rotunde elocutum esse idque probabiliter ita, ut in causis publicis, quae graviora continent multis auditoribus explicanda, maioris artis periodi sint quam in privatis, quibus iudicibus simpliciter res et argumenta exponuntur.[3]) In his igitur enuntiata non tam continue quam ita structa inveniuntur, ut vel praecedant vel sequantur sententiae laxiore structura. Sed certe in eis quoque periodi insunt.[4]) Quare quod prooemium nonae orationis artificio quodam est elaboratum, mirum non est, praesertim cum exordia plerumque diligentiore cura composita esse cum ab aliis oratoribus tum a Lysia constet. Neque quod deinde orator, in narratione et argumentationis priore parte sententiis neglegenti nexu allatis, in posteriore eius parte, adversariorum insolentiam illustraturus, ad ornatiorem effertur elocutionem (imprimis inde a § 15), offensionem praeberet, nisi nimii affectus movendi causa ibi longiores periodi essent usurpatae. Quod cur aegre feramus, infra videbimus. Artificiosiores autem, quam ut tenui conveniant dicendi generi, non videntur esse.[5]) Multo magis porro in eo haeremus, quod cum in narratione tum in epilogo adeo structurae venustas neglecta est, ut in illa plura deinceps afferantur enuntiata

---

[1]) e comparatione cum aliis oratoribus atticis ut cum Isocrate facta recte eum intelligendum esse puto; praeterea Lysiam orationem liberiorem magis idoneam habuisse qua agentium mores describeret Dion. monet; nam dicit l. c. de eius ἠθοποιίᾳ.

[2]) Dion. de Dem. 18; de Isocr. 2; Plat. Phaedr. 234 E.; Cic. or. § 226; Quint. IX, 4, 16 sq.

[3]) Errasse enim Dionys. de Din. (6) haec dicentem: ὁ μὲν Λυσίας ἔν τε τοῖς ἰδίοις καὶ τοῖς δημοσίοις ἀγῶσιν αὐτὸς αὑτῷ ὁμολογούμενός ἐστιν εἴς τε τὸν λεπτικὸν τρόπον καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων σαφήνειαν καὶ σύνθεσιν iure mihi B. (l. l. p. 416 [n. 1]) et C. (l. l. p. 20 [n. 20]) censere videntur.

[4]) cf. B. (l. l. p. 416 sqq.), Ber. (l. l. p. IV et IX sqq.), C. (l. l. p. 20 sqq.).

[5]) cf. hanc (§ 17) periodum: ἀλλά — ἐξήλασαν, quam magnam artem praestare certe concedi non potest.

brevissima eaque pari modo introducta, in hoc autem iterum atque iterum eaedem adhibeantur particulae (*μὲν οὖν — μὲν γὰρ*).[1] Accedit quod per *ἀντιθέσεις* periodos orator saepissime format.[2] Quare ne haec quidem Lysiae virtus, quae in *περιόδῳ ἐναγωνίῳ* posita est, ad nostram pertinet orationem. Quae non abundat sed caret structurae gratia.

Pergit Dionysius (c. 7) hoc modo loqui de *ἐναργείᾳ: ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐνάργειαν ἡ Λυσίου λέξις· αὕτη δέ ἐστι δύναμίς τις ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγουσα τὰ λεγόμενα ὁ δὲ προσέχων τὴν διάνοιαν τοῖς Λυσίου λόγοις οὐχ οὕτως ἔσται σκαιός, ὃς οὐχ ὑπολήψεται τὰ δηλούμενα ὡς γιγνόμενα ὁρᾶν καὶ ὥσπερ παροῦσιν οἷς ἂν ὁ ῥήτωρ εἰσάγῃ προσώποις ὁμιλεῖν.*[3]) Quae virtus cum efficiatur imprimis alia quadam insigni, quae *ἠθοποιΐα* vocari solet et hisce verbis a Dionysio (c. 8) laudatur: *κράτιστος γὰρ δὴ πάντων ἐγένετο ῥητόρων φύσιν ἀνθρώπων κατοπτεῦσαι καὶ τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἀποδοῦναι πάθη τε καὶ ἤθη καὶ ἔργα· ἀποδίδωμί τε οὖν αὐτῷ καὶ τὴν εὐπρεπεστάτην ἀρετήν, καλουμένην δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἠθοποιΐαν,*[4]) cum veritate autem in ethopoeia arcte cohaereat decor (*τὸ πρέπον*) sic a Dion. (cc. 9; 13) definitus: [*οἴομαι δὲ καὶ τὸ πρέπον ἔχειν τὴν Λυσίου λέξιν* —·] *καὶ γὰρ ἡλικίᾳ καὶ γένει καὶ παιδείᾳ καὶ ἐπιτηδεύματι καὶ βίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις, ἐν οἷς διαφέρει προσώπων τὰ πρόσωπα, τὰς οἰκείας ἀποδίδωσι φωνάς,*[5]) tres hae virtutes nobis coniungendae sunt. Quas eam de qua agimus orationem praestare nego. Presse enim re narrata atque argumentis absolutis orator inde a § 15 tam acriter invehitur in adversarios tamque multa praeter necessitatem verba facit de eadem re, ut fiduciam potissimum hac in parte collocare videatur. Ea autem non tam *ἠθοποιΐᾳ* studet quam *παθοποιΐᾳ*. Nam rhetores veteres ita distinguunt *ἦθος* et *πάθος*, ut illius nomine moderatos et mites, huius graviores significent affectus;[6]) Polyaenum autem elucet iram iudicum eorumque indignationem, graviores igitur affectus, ut concitet eniti. *Πάθος* vero, quamquam inter tria illa *πίστεων*[7]) genera etiam eis quae *ἐκ πάθους*

[1]) cf. p. 36.
[2]) cf. p. 35 sq.
[3]) cf. Quint. 4, 2, 63; 6, 2, 29; [Longin.] de subl. 15, 2, 9.
[4]) cf. Dion. de Dem. dic. vi 13; Din. 7; Marcell. ad Hermog. IV, 352; Quint. 3, 8, 51; Rut. Lup. 1, 21.
[5]) cf. Dion. de Dem. dic. vi 13.
[6]) c. C. (l. l. p. 32).
[7]) scil. *ἐντέχνων*. Dion. enim (l. l. cc. 17 sqq.) auctore *πίστεις* in *ἀτέχνων καὶ ἐντέχνων* classes dividuntur; *ἄτεχνοι* autem *πίστεις* sunt testimonia vel talia (cf. nonae or. §§ 8 sq.), *ἔντεχνοι* aut *ἐκ τοῦ πράγματος* (cf. n. o. §§ 10—12) aut *ἐκ τοῦ ἤθους* (cf. §§ 13 sq.) aut *ἐκ τοῦ πάθους* (cf. §§ 15—18) sumptae esse solent.

sumuntur Lysiam usum esse Dion. docet (de Lys. c. 17), ita illum affectasse, ut maiorem fere ei quam narrationi vel argumentationi vim tribueret, his verbis (ib.): *ἠθοποιεῖ - πάθη μέτρια προσάπτων* et ex eis, quae sequuntur (c. 19): *περὶ τὰ πάθη μαλακώτερός ἐστι καὶ οὔτε αὐξήσεις οὔτε δεινώσεις οὔθ' ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια νεανικῶς καὶ πάνυ ἐῤῥωμένως κατασκευάσαι δυνατός,* existimare vetamur.[1]) Quare etiam quod hac in parte periodis utitur orator offensionem praebet; quibus affectum istum exaggerare vult.[2]) — Sed iam singula examinemus, quibus Polyaenus, imprimis inde a § 15, hoc consilio, ut id quod intendit melius consequatur, rerum actarum modum et veritatem excedit. Ut primum non ex vero dicit haec (§ 15): *ὀμόσαντες τοὺς ἀστρατεύτους καταλέξειν παρέβησαν τοὺς ὅρκους.* Nam eos quoque, qui iam militavissent, iterum ad arma vocari potuisse vidimus. Deinde verba: *προὔθεσαν δὲ τῷ πλήθει βουλεύσασθαι περὶ τοῦ σώματος* (ib.), quae ad priorem causam referri non posse supra explicuimus[3]), sed ad *ἐπιβολήν* i. e. ad *μικρὰν βλάβην* pertinere ea quae sequuntur docent, eo molestius rem in maius extollunt, quod pergit orator (§ 16): *τί*[4]) *δ' ἂν ἔπραξαν μέλλοντες μεγάλα μὲν ἐμὲ βλάψειν κ. τ. λ.* Quasi adversarii non admodum magnas ei iniurias inferre voluerint! Attamen illorum insolentia quanta fuerit pluribus enarrat orator et se *τοῖς μεγίστοις ἀτυχήμασι περιπεσεῖν* asseverat (§ 22). Porro illud quoque *ἐξήλασαν*, de quo iam supra disputavimus,[5]) rem augere videtur. Adde quod eandem iactantiam, quae §§ 15 sqq. nimis supericit fidem et ne petulantia quidem militari satis excusari potest, per totam orationem Polyaenus adhibet. Qui in prooemio (§ 3) sibi *περὶ πάντων τὴν ἀπολογίαν* faciendam esse monet, quamquam *περὶ ἐγκλήματος* et *περὶ τοῦ τρόπου* tantum dicturus est et § 8 *ἔτι πλείονας καὶ νόμους καὶ ἄλλας δικαιώσεις* se allaturum esse pronuntiat, sed neque de legibus neque de argumentationibus deinde promissum praestat.[6]) Quo certe etiam referendum est, quod, ut in prima parte intelleximus, duas veteranus leges per calumnias confundit. Omnia autem, quae

---

[1]) cf. Dion. de Dem. c. 2: — *καὶ εἰς πάθος ἐκείνη* (*Θουκυδίδου λέξις*) *προαγαγεῖν, εἰς δ' ἦθος αὕτη* (*Λυσίου*) *καταστῆσαι δύναται.* cf. etiam B. (l. l. p. 400), C. (l. l. p. 32 sq.), Th. (l. l. p. 28 sq.).

[2]) cf. p. 41.

[3]) cf. p. 27 sq.

[4]) sic recte mihi Saupp. (ep. crit. p. 13) coniecisse videtur.

[5]) cf. p. 27 sq.

[6]) Etsi Halbertsm. secuti (cf. lectt. Lys. p. 19) hoc loco expungeremus verba: *καὶ νόμους καί* —, utpote nata ex mala insoliti vocabuli *δικαίωσις* interpretatione, ea quae promittit exhibere reum in defensione sua negandum nobis esset.

attuli, cumulantur nonnullis epilogi sententiis.[1]) Quarum altera haec est (§ 21): *λόγῳ μὲν οὖν περὶ τῆς ἀπογραφῆς ἀγωνίζομαι — παραχθεὶς δὲ ὑπὸ τῶνδε εἰ ἀδίκως ἁλοίην, ἀποδραίην ἄν*, ubi aperte miles civitatem sua persona privatam magnum accepturam esse damnum dicit, altera finem orationis facit: *ἐνθυμηθέντες ὅτι καὶ ὑπὲρ τῶν περιφανῶν ἀδικημάτων συγγνώμην ποιεῖσθε, τοὺς μηδὲν ἀδικήσαντας δι' ἰδίας ἔχθρας μὴ περιίδητε κ. τ. λ.* Quibus expositis concedendum quidem est eadem semper ratione Polyaeni naturam et indolem descriptam esse, ita ut homo nobis mendax atque insolens occurrat. Sed *δύναμις* illa *ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγουσα τὰ λεγόμενα* valde desideratur; nam quis non perspiciat militis superlationes, quibus se iudicibus non modo non commendet, sed potius eos a se alienet?

Quomodo cur *πιθανότης* quoque, quam deinde (c. 10) Dionys. laudat hisce: *ὅτι μὲν γὰρ* (scil. *ἡ λέξις*) *πιθανὴ καὶ πειστική* —, *πρὸς εἰδότας οὐδὲν ἴσως δεῖ λέγειν*, in nostra oratione deminuta sit simul apparet.

Restat igitur una Lysiae virtus a Dionysio sic (c. 11) praedicata: *μίαν δὲ ἀρετὴν ἔτι τοῦ ῥήτορος ἐπιδείξομαι κρίνας καλλίστην τε καὶ κυριωτάτην καὶ μόνην ἢ μάλιστα τῶν ἄλλων τὸν Λυσίου χαρακτῆρα δυναμένην βεβαιῶσαι· τίς δέ ἐστιν ἥδε ἡ ἀρετή; ἡ τοῖς πᾶσιν ἐπανθοῦσα τοῖς ὀνόμασι καὶ τῇ τάξει χάρις κ. τ. λ.*[2]) Quae verbis apte definiri nequit et ea fere gratia orationis est, quam in corporibus dicimus *ὥραν*, in musica arte *τὸ εὐάρμοστον*, in numeris *τὸ εὔρυθμον* vel *τάξιν*.[3]) Quam permultis iam eorum, quae collegimus, ut molestis dictionum, figurarum, constructionum, sententiarum repetitionibus, aliis ita turbari vidimus, ut nil praeterea addendum esse putem.

Sed alia pauca adiciamus. Primum enim iure mihi St. ($l._1$, p. 524 sq.) vituperare videtur, quod hac in oratione nisi § 3 allocutiones non inveniuntur, in Lysiae autem orr. similes res tractantibus permultae.[4]) Magis etiam ab eius consuetudine abhorret, quod una illa nonae orationis appellatio non in primo legitur enuntiato vel certe post *ὑμᾶς* pronomen (§ 2). Nam initio Lysias iudices alloqui solet; cf. I, 1 (*ὦ ἄνδρες*); III, 1 (*ὦ βουλή*); IV, 1 (*ὦ βουλή*); V, 1 (*ὦ ἄνδρες δικασταί*); VII, 1 (*ὦ βουλή*); X, 1 (*ὦ ἄνδρες δικασταί*); XII, 1 (*ὦ ἄ. δ.*); XIII, 1 (*ὦ ἄ. δ.*); XVI, 1 (*ὦ βουλή*); XVII, 1 (*ὦ ἄ. δ.*); XVIII, 1 (*ὦ ἄ. δ.*); XIX, 1 (*ὦ ἄ. δ.*); XXI, 1 (*ὦ ἄ. δ.*);

---

[1]) cf. B. (l. l. p. 600).

[2]) cf. Dion. de Is. 3; 18; 20; Cic. or. 9, 29; Brut. 35; al; Quint. 9, 4, 17; 12, 10, 24.

[3]) sunt verba C.i (cf. l. l. p. 31).

[4]) cf. exempla, quae St. ($l._1$, p. 525, [n. 1]) collegit.

XXII, 1 (ὦ ἄ. δ.); XXIII, 1 (ὦ ἄ. δ.); XXIV, 1 (ὦ βουλή); XXV, 1 (ὦ ἄ. δ.); XXVII, 1 (ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι); XXVIII, 1 (ὦ ἄ. Ἀ.); XXIX, 1 (ὦ ἄ. δ.); XXX, 1 (ὦ ἄ. δ.); XXXII, 1 (ὦ ἄ. δ.); XXXIII, 1 (ὦ ἄνδρες); XXXIV, 1 (ὦ Ἀθηναῖοι), — in omnibus igitur eis orationibus, quae genuinae plerumque habentur.[1]) — Deinde de dispositione breviter dicendum est. Quae in hac oratione satis certo enucleari potest. Prooemio enim (§§ 1—3) extremo propositione hac facta: *ἀναγκαῖόν ἐστι περὶ πάντων* (i. e., ut ex eis, quae antecedunt, elucet: *περὶ τοῦ ἐγκλήματος* et *περὶ τοῦ τρόπου*)[2]) *τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι* et narratione ipsa sic inducta: *πρῶτον μὲν οὖν περὶ τῆς ἀπογραφῆς ὑμᾶς διδάξω*, refert Polyaenus de causa inde a § 4 usque ad § 7. Sequitur argumentatio (§§ 8—18), in tres partes divisa: primum (§§ 8—12) argumenta afferuntur e re ipsa sumpta; deinde orator, postquam in narratione et argumentationis prima parte quodammodo *περὶ ἐγκλήματος* egit,[3]) promisso suo *περὶ τοῦ τρόπου* satisfacere conatur (§§ 13 sq.)[4]); porro adversariorum insolentia describitur (§§ 15—18). Epilogus denique §§ 19—22 continet. Quomodo quattuor illas partes habes, in quas cum aliorum oratorum atticorum tum Lysiae orationes dispertitae esse solent;[5]) quae dilucidissime inter se discerni possunt. Neque enim modo prooemium propositione, narratio his: *ὅτι μὲν οὖν ἀφείθην κ. τ. λ.* (§ 8), argumentatio verbis: *οἶδε μὲν οὖν ἐκ παντὸς τρόπου προθυμοῦνταί με τῇ δίκῃ ἁλῶναι* (§ 19) circumscripta sunt, sed etiam singula argumentationis membra orator clare segregravit: primum et secundum hoc modo: *ᾧ μὲν τρόπῳ παρεδόθην κ. τ. λ.* (§ 13), secundum et tertium sic: *τὴν μὲν οὖν ὀργὴν διὰ τὰ προειρημένα κατεστήσαντο κ. τ. λ.* (§ 15). Adde quod narratio hisce: *οἶδε μὲν τάδε διεπράξαντο. οἱ δὲ ταμίαι κ. τ. λ.* (§ 7) dissecta est, ita ut inde a § 4 usque ad § 6 quae praetores, in §§ autem sqq. quae quaestores fecerint legamus. Et concedes St. iniuria in dispositione nostrae orationis offendere ($l._1$, p. 502 sq.).[6]) Nam partes satis distinctae sunt neque sine consilio eis locis allatae, quibus afferuntur, sed sic se excipientes,

---

[1]) cf. No., quem (l. l. p. 105) idem argumentum urgere video; Fra praeterea (l. l. p. 64), contra oratorum usum a directa interrogatione n. o. incipere monens, mirandi verbum desiderat. Omnino autem interrogationibus textum exornare Lysiae proprium erat; cf. n. or. §§ 1; 16; 21 et Fri. (l. l. p. 4).

[2]) cf. p. 43.

[3]) quare hisce verbis: *ᾧ μὲν τρόπῳ παρεδόθην καὶ ἐζημιώθην, ἐπίστασθε· δεῖ δ᾽ὑμᾶς μὴ μόνον τοῦ ἐγκλήματος τὴν αἰτίαν κ. τ. ἕ. τ. πρ. εἰδέναι* (§ 13) non solum argumenta modo exposita, sed etiam totam rem absolvit.

[4]) cf. ea, quae infra in tertia parte exposita sunt.

[5]) cf. Dion. de Lys. c. 17 sqq.

[6]) cf. B. (l. l. p. 600).

ut necessario altera alteram sequi videatur. Quomodo vel superatur hoc Dionysii iudicium, quod c. 15 libri sui, *τὸ πραγματικόν* quoque *γένος* tangens, de Lysiae disponendi arte fecit: *τάξει δὲ ἁπλῇ τινι κέχρηται τῶν πραγμάτων, καὶ τὰ πολλὰ ὁμοειδεῖ κ. τ. λ.* — Neque tamen hoc unum irrita facere potest omnia illa, quae quantopere a Lysiae proprietatibus aliena sint vidimus. Quae singula modo minorem, modo maiorem praebent offensionem, in unum autem coacta tam gravia sunt, ut omnes fere viri docti nonam corporis orationem Lysiae abiudicaverint.

Sed superest argumentum, quod contra *τὴν τοῦ λόγου γνησιότητα* fortasse ex *Κτησικλέους τοῦ ἄρχοντος* mentione (§ 6) petatur. Quod B. quidem (l. l. p. 600) repudiat, Fra. autem (l. l. p. 66 sq.) non parvi momenti esse monet. Fuit enim Ol. CXI, 3 (i. e. a. 334/3) Ctesicles quidam Athenis *ἄρχων ἐπώνυμος;*[1]) quo anno Lysias iam obierat. Quare si constaret Ctesiclem hoc loco *ἄρχοντα ἐπώνυμον* intelligendum esse, certo affirmare liceret orationem esse Lysia recentiorem. Quod ut recte cognoscamus, illa § 5 verba diligenter iam examinemus. Polyaenum cum non verisimile sit cuiquam alii obiurgationes intulisse praeter imperatores, ab eisdem multatum esse vidimus. Qui quin *ἐπιβολῆς* imponendae potestatem habuerint minime dubium est. *Οἱ μετὰ Κτησικλέους τοῦ ἄρχοντος* igitur, qui veteranum *ζημιῶσαι ἠξίωσαν*, sane strategi sunt. Quare Hoelscherus, S., B., alii sic hunc locum interpretantur, ut Ctesiclem *στρατηγόν* illum § 4 commemoratum (*προσελθὼν οὖν τῷ στρατηγῷ ἐδήλωσα κ. τ. λ.*) dicant esse, hisce autem verbis: *οἱ μ. Κτ. τ. ἀρχ.* eum cum collegis suis significari. Qua cum explicatione non pugnat, quod Ctesicles non *στρατηγός*, sed *ἄρχων* admodum ambigue appellatur. Nam ut ex his locis: XVI, 16; XXVIII, 15; [XIV], 21; [XV], 5 elucet,[2]) *ἀρχόντων* nomine pro *στρατηγῶν* Lysias etiam alibi usus est.[3]) Quamquam ll. ll. omnes semper praetores plurali forma designantur. Sed ne assentiamur illis viris doctis, potissimum praepositio *μετά* impedit. Quae ubi item atque nostro loco usurpata invenitur, eum postulat sensum, ut ille, cuius nomine ceteri quasi notantur, inter eos aliquo modo praestet. Ut in hisce exemplis milites vel copiae vel comites, qui sub alicuius imperio sunt, intelligendi sunt: *οἱ στρατιῶται οὐκ ἠβούλοντο τοῖς μετὰ Θρασύλου συντάττεσθαι*

---

[1]) cf. Diod. XVIII, 17; Dionys. Din. 9; C. I. gr. 157, 6, 28; Eph. arch. 114; V. d. orr. 844 a etc.

[2]) cf. S. (l. l. p. 13 et 17).

[3]) Quare Ba. (l. l. p. 239) mirum accidere dicens, quod praetor Ctesicles appelletur archon, verba *τοῦ ἄρχοντος* praeter necessitatem delet, ut a sciolo interpolatore profecta.

(Xen. Hell. I, 2, 15); συνέβησαν οἱ στρατιῶται αὐτοὶ αὑτοῖς καὶ ἠσπάζοντο τοὺς μετὰ Θρασύλου (ib. I, 2, 17); οἱ ἐν τῇ Χίῳ μετὰ τοῦ Ἐτεονίκου στρατ. (ib. II, 1, 1); τῷ μετὰ Ἀρχιδάμου στρατεύματι (ib. VI, 4, 26); τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ (ib. VII, 5, 23); οἱ μετ' Ἀριαίου (Xen. An. I, 10, 1); οἱ μετ' Εὐρυσθέως (Lys. II, 15); cf. Διόδοτος καταλεγεὶς μετὰ Θρασύλου (Lys. XXXII, 5) et ἕπεσθαι μετά τινος (= sequi aliquo duce), ut ap. Plat. legimus: σωθήσονται μετὰ πρεσβυτέρων ἡγεμόνων ἑπόμενοι. Item μετά τινος fieri ea dici solent, quae alicuius interventu, auxilio, voluntate, consilio fiunt; cf. Thuc. III, 66; V, 29, 82; VI, 28, 79; Xen. Mem. III, 5, 4. Quare illam sententiam si sequeremur, princeps quodammodo praetorum Ctesicles esset. De singulorum autem inter strategos singulari auctoritate inde ab exitu quarti a. Chr. n. saeculi demum scimus.[1]) Neque de eo, qui στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα (τῶν ὅπλων) vel ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας (τῶν ὁπλιτῶν) nominatur quique plurimum valuisse cum antea tum Romanis temporibus videtur, hoc loco potest cogitari. Qui ante tertium saeculum non occurrit. Sin autem τοὺς μετά τινος idem atque τοὺς ἀμφί τινα vel τοὺς περί τινα significare statueremus, ne tum quidem cur omnino στρατηγός ille eo, quod nominatim affertur, collegis suis quasi anteponatur appareret. Nam etiamsi concedimus cum uno tantum imperatore[2]) Polyaenum conquestum esse (cf. § 4: προςελθὼν οὖν τῷ στρατηγῷ), ex his tamen verbis: ἐπυθόμην, ὡς — ἀπειλοῖεν λέγοντες κ. τ. λ. elucet omnes pari modo militis indignationem incitasse, ita ut verisimile sit omnibus eum etiam maledixisse ob eamque rem aeque novem aliorum interfuisse atque illius Polyaenum puniri. Cuius praeterea nomen si orator appellare voluisset, certe iam § 4 attulisset. Quare Ctesicles imperator mihi non videtur esse, sed potius de archonte anni 334/3 cogitandum esse cum Fra[o]. puto. Cuius auxilio, quamquam non requirendum fuit strategis, niti studuisse videntur, multam in veteranum irrogantes.[3]) — Quae cum ita sint cumque eluceat absoluto demum praetorum munere (cf. § 6), post Ctesiclis igitur annum, causam eos egisse, orationem a. 333/2 habitam esse suspicor. Quae sententia eo firmatur, quod Ctesicle archonte expeditionem, de qua legitur ap. [Dem.] XVII, 20. (εἰς τοῦτο γὰρ ὑπεροψίας ἦλθον ὥστε εἰς Τένε-

---

[1]) cf. A. Pr. [2] p. 120.

[2]) fortasse cum φυλῆς suae vel cum eo, sub cuius imperio militaturus erat (cf. Lys. XXXII, 5).

[3]) Qua in re consentiens cum Fra[o], secundum ea, quae in prima parte exposuimus, minime concedo ea de causa, quod alia quoque hac in oratione pugnent cum iure Attico, interpretationem nostram probabilem fieri. (cf. No., quem l. l. p. 105 idem sentire video).

δον ἅπαντα τὰ ἐκ τοῦ Πόντου πλοῖα κατήγαγον καὶ σκευωρούμενοι περὶ αὐτὰ οὐ πρότερον ἀφεῖσαν πρὶν οὗ ὑμεῖς ἐψηφίσασθε τριήρεις ἑκατὸν πληροῦν καὶ καθέλκειν εὐθὺς τότε καὶ στρατηγὸν ἐπ᾽ αὐταῖς ἐτάξατε Μενεσθέα) ab Atheniensibus constitutam nec tamen effectam esse probabiliter ostendit Schaeferus (Demosth. u. s. Zeit, III. p. 162),[1]) Polyaenus autem, quamquam ad arma vocatus erat, vere militasse non videtur.[2])

Sed satis multa me attulisse existimo, quibus hanc de qua agimus orationem Lysiae abiudicandam esse appareat. Quare ad tertiam nostrae disputationis partem accedamus et, ut erat propositum, num integra sit oratio quaeramus. Atque primum quidem in universum ut alias Lysiacae sylloges orationes ita etiam nonam librariorum culpa afflictam esse demonstrant multi loci, quorum lectio sane corrigenda est; cf. imprimis hosce: § 7, ubi falso libri *τοὺς παρόντας καί*[3]) et *διὰ τάς*,[4]) §§ 11 sq., ubi *εἶεν* et *αὐτοῖς* praebent atque *οὐδέ* particulam omittunt,[5]) deinde § 15, ubi *βουλεῦσαι* legitur pro *βουλεύσασθαι*,[6]) porro § 16, ubi *πᾶν ἔπραξαν*[7]) et *τοῦ δικαίου*,[8]) § 17, ubi *ἀλλὰ γὰρ εἰ*[9]) probari non possunt. Fortasse etiam interpolata quaedam sunt, ut *τὸ πέρας* (§ 17) interpretamentum esse eius, quod in superioribus invenitur, *τὸ τελευταῖον* non improbabile mihi quoque videtur esse.[10]) Neque porro desunt loci, ubi exciderint aliqua, ut extrema § 20 post verba *τῆς πόλεως* nisi plura, tamen unum certe vocabulum desideratur; quapropter Reiskius *ἐκπεσεῖν* vel *στερηθῆναι*, quod Scheibius probat, addendum esse putat. Itemque illis viris doctis § 21 post *διανοηθέντα* infinitivum (*μεῖναι*) supplentibus assentiar.[11]) Quare quamquam minime ita nostra oratio mutilata esse videtur, ut similiter atque in orr. VI. et XXVI. initium aut sicut in

---

[1]) cf. Fra (l. l. p. 67).

[2]) cf. p. 27.

[3]) cf. p. 22, n. 2.

[4]) pro: *δι᾽ ἰδίας*; quod Scheib. (cf. praef. p. XXIII) recte mihi et hic et § 22 dedisse videtur e Bai. coni. (schol. hypomn. II, p. 247); cf. VIII, 44 (*διὰ τὰς ἰδίας ἔχθρας*).

[5]) cf. p. 39.

[6]) cf. edd. Reisk., Turr., Scheib. (praef. p. XXIII).

[7]) cf. p. 43.

[8]) cf. p. 34 (n. 9).

[9]) cf. p. 31 (n. 7).

[10]) cf. Fra. (l. l. p. 66).

[11]) Similem de hoc loco Foertsch. habet sententiam. Qui (l. l. p. 8 sqq.) cum Schotto et Augero statuit antecedens verbum *συμπολιτεύεσθαι* cogitando repetendum esse ad vocabula: *τί με χρὴ διανοηθέντα*, monens exemplisque illustrans Lysiam saepe ubi notionem aliquam semel verbo aliquo expressisse suffecisset, eam nihilominus deinde alio modo proloqui.

V. et XXV. epilogus desit, lacunas in ea perinde atque in aliis inesse concedo. Quibus nisus dixerit quispiam, unam vel alteram obscuritatem, quam oratori ipsi opprobrio facere nolit, excusaturus, etiam maiores statuendas esse lacunas. Nam etsi his locis (§ 15 et § 19), quod verborum: *τὴν μὲν οὖν ὀργήν — ὑπαρχούσης* et: *οἶδε μὲν γὰρ ἅπαντα — ποιησάμενοι* contraria patent, excidisse quaedam nego[1]) — illo enim loco quae opponenda erant quodammodo in hisce: *προφάσεως οὐδεμιᾶς πρὸς ἔχθραν ὑπαρχούσης* insunt et hoc loco ex eis quae sequuntur (§ 20): *τούτων* (i. e. *τῶν στρατηγῶν*) *μὲν οὖν ἀδικούντων* facile supplentur —, aliis si quaedam deesse suspicamur, idoneum remedium afferre videmur. Primum ante illa: *τὴν μὲν οὖν ὀργήν κ. τ. λ.* (§ 15) nonnulla omissa esse arbitror cum propter verba: *τὰ προειρημένα,* quae antecedentibus non satis explicantur, tum propter haec: *ἔχω δὲ καὶ τοιαῦτα εἰπεῖν, ἐξ ὧν κ. τ. λ.* (§ 14), quae qualia fuerint non legimus.[2]) Quod neque ex praeteritione excusari potest neque ex eo, quod fingat tantum orator sese *τοιαῦτα* habere; nam talis decipiendi iudices ratio admodum agrestis esset. Deinde etiam citatio testium, quae ob haec verba: *ἐγὼ δ' ὅτι οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ ἀρχεῖον, μάρτυρας παρεσχόμην* (§ 9) a plerisque ita desideratur, ut talem formulam: *καί μοι κάλει τοὺς μάρτυρας* vel: *μάρτυρας ὑμῖν παρέξομαι* vel similem quandam, qua Lysias, alii oratores testes introducere solent, exidisse putent,[3]) eodem modo supplenda est. Omnia vero, quae praeterea occulta videntur esse, sic explicari posse nego. Nam primum nimis multae in tam brevi oratione lacunae inessent multoque maiores, quam in Lysiaco corpore alibi reperiuntur. Deinde autem obscuritates ceterae cum e recta earum interpretatione et ex totius orationis indole tum inde probabilius intelliguntur, quod is, qui hanc composuit orationem, nonnulla, quae iudicibus nota erant, vel obiter tantum profert vel omnino silentio transmittit et ea qua per totam causam utitur iactantia plura saepe, quam effecturus est, Polyaenum promittentem facit. Quare ne St^o. quidem, qui omnia, quae perspicuitate carent in nostra oratione, epitomatori crimini vertit,[4]) esse assentiendum me spero demonstraturum esse. — Examinemus iam deinceps illos locos, in quorum vel tenebris vel nimia brevitate offendimus.[5]) Atque pri-

---

[1]) dissentio igitur a B^o., qui (l. l. p. 599) duobus his locis lacunas esse praeter necessitatem censere mihi videtur.

[2]) cf. Scheib. ed., qui plura hoc loco excidisse punctis significat.

[3]) Bait., Scheib., St. tale quid post § 7 olim exstitisse arbitrantur; Reisk. ad „*Νόμος*" (§ 8) addi vult: „*Μάρτυρες*"; cf. Halbertsm. (l. l. p. 18).

[4]) idem atque St. statuunt Halbertsm. (l. l. p. 18), A. (l. l. p. 29), S.

[5]) ut plene rem perficiamus, unum vel alterum hac in parte repetendum nobis erit.

mum quidem in prooemio de ἀπογραφῇ dicturum se esse pollicetur orator. Sed tantum abesse, ut hoc praestet, ut § 21 obiter tantum se περὶ τῆς ἀπογραφῆς ἀγωνίζεσθαι repetat, suo iure St. monere sibi videtur;[1]) nam necessarium fuisse Polyaeno, postquam narravisset quaestores sibi poenam condonasse (§ 7), adicere remissione non probata ἀπογραφήν in se intentam esse. Ut autem iam supra exposuimus,[2]) veteranus si contingeret sibi, ut iudicibus persuaderet iniuria se multatum et a ταμίαις poena liberatum esse, adeo existimavit se ἀπογραφήν sibi immerito irrogatam esse probaturum, ut quamquam de ea ipsa acturum se esse dixit, de ἐπιβολῇ tantum sibi illata loquatur. Praeterea certe eius non tam iudicibus narrare interfuit se non pependisse ob eamque causam bona sua designata esse — nam de hac re accusator iam egit —, quam explicare eis, cur non solvisset pecuniam. Accedit quod quae St. postulat post § 7 facillime ex eis quae antecedunt supplentur. Neque magis in eo haereo quod vir ille doctus monet[3]) Polyaenum mores suos sibi defendendos esse queri quidem (§ 3), neque vero quidquam de eis legi. Nam § 13 sq. huic promisso quodammodo respondetur. Quare eorum, quae in prooemio pronuntiantur, nil mihi in oratione ipsa deesse videtur. Haec enim denique verba: ἀναγκαῖόν ἐστι περὶ πάντων τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι immodeste dicta esse pro: περὶ ἀμφοτέρων iam supra intelleximus.[4]) — Difficultatem maiorem narratio praebet. Quam non bonam et a Lysiae narrandi arte valde absonam esse in universum iam statuimus;[5]) sed de singulis diligenter nobis agendum est. Atque primum quidem de personis strategi (§ 4), Callicratis (§ 5), Ctesiclis (§ 6) oratorem nos non docere reprehendit St.[6]) Inter quos praetor et Ctesicles qui fuerint, iudicibus in aprico fuit; quare neque illum, quem primum se adiisse veteranus refert, phylae suae strategum fuisse neque hunc anni antecedentis archontem eponymum orator narrandum sibi arbitratus est. Quae praeterea de eis desiderari possint non video. Aliter rem sese de Callicrate habere concedo. Nam cum eius exemplo imperatores ad excusandam novam Polyaeni inscriptionem nisos esse eluceat, si sine ulla veritatis specie id fecissent, non satis intelligeremus, cur hoc non moneret miles; sin autem Callicrates — id quod iam supra probabile esse dixi[7]) — eadem quidem condicione qua Polyaenus iterum delectus, sed se non nolle militare

---

1) cf. l. $_1$, p. 502, 505, 523.
2) cf. p. 25 sq.
3) cf. l. $_1$, p. 501.
4) cf. p. 38.
5) cf. p. 38.
6) cf. l. $_1$, p. 503 sq.
7) cf. p. 6.

professus erat,[1]) non minus nos, opinati militem hoc loco iniuria se inscriptum esse demonstrare studere, miraremur totam istam rem obiter tantum prolatam esse; nam etiam tum veteranus praetores potestate contra se abusos esse ostendere potuit. At enim ille narraturus potius est, quomodo factum sit, ut malediceret imperatoribus. Indignationem autem, qua exardescens obiurgationes illis intulerat, non tam eo, quod item atque Callicrati ei militandum esse dixerant, quam eo, quod *δήσειν* eum *ἀπειλοῖεν,* incitatam esse verisimile est. Quare Polyaenus, etsi, de his minis se apud *Φιλίου* tabernam certiorem factum esse referens, etiam sub cuius causae specie strategi illis usi sint (§ 5: *λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἔλαττω χρόνον Καλλικράτους Πολύαινος ἐνδημοίη*) addit, imprimis tamen eos insolenter sibi minatos esse urgere vult neque verba ista explicare necessarium vel utile putat. Quomodo quod ea citantur,[2]) ut ita dicam, neque lacunam neque epitomes vestigia nostro loco habemus. Quamquam in bona narratione de hoc, num iusta fuisset illa causa, ut certior fierem, sane postularem. Quod deinde non certis verbis qui *ἀπειλοῖεν* in antecedentibus comperimus, offensionem mihi quidem non tantam praebet, ut aliqua excidisse statuam. Nam imperatores intelligendos esse totus rerum contextus docet. Quare de hoc nil nisi negligentiam quandam oratori crimini do. Quae congruit cum eius indole. Maiore porro St. iure in sequentibus haeret. Quae sane nimis contracta parumque perspicua sunt. Neque tamen perinde atque St. opinione ducor praeiudicata. Qui praeter necessitatem in eo offendit, quod neque quales Polyaeni *λοιδορίαι* fuerint neque eas extra *τὸ συνέδριον* factas esse legamus. Nam primum obiurgasse militem ob eamque rem ab imperatoribus multatum esse, aperte hisce verbis elucet: *ἀπαγγείλαντός τινος ὡς ἐγὼ λοιδοροῖμι — ζημιῶσαι ἠξίωσαν* (§ 6);[3]) quo autem contumeliae spectavissent, iudicibus ex eis, quibus motum se esse, ut malediceret praetoribus, ille narraverat, cognoscere licuit; quodque non in *ἀποῤῥήτων* numero fuisse videntur, omnino eum conviciatum esse suffecit monere, praesertim cum Polyaenus explicans, quales fecisset obiurgationes, non admodum commendasset sese. Quare non assentiar eis,[4]) qui *τὰ προειρημένα*[5]) (§ 5) ad convicia referunt pluribus ab oratore in antecedentibus descripta et haec verba: *κἀμοὶ μὲν τ. πρ. διείλεκτο* interpretantur sic: *ὑπ' ἐμοῦ-διείλεκτο.* Sed ad ea, quae se de strategis (cf. *συμβουλευόμενός τινι τῶν πολιτῶν κ. τ. λ.*)

[1]) quo iure Reiskius Callicratem Polyaeni manipuli tribunum fuisse suspicetur, non satis intelligo; cf. St. l.$_{4}$, p. 503.

[2]) cf. p. 4, (n. 1), Lys. XIII, 85, St., l.$_{4}$, p. 504.

[3]) praeterea conviciatum se esse Pol. in sqq. minime negat, sed *ἐν τῷ συνεδρίῳ.*

[4]) sunt plerique interpretes.

[5]) cf. p. 30.

comperisse veteranus dixit, illa pertinere et totum enuntiatum hunc sensum habere puto: ea quae modo attuli apud *Φιλίου* tabernam mihi narrata sunt.[1]) Quibus cum appareat Polyaenum imprimis excitatum esse, eodem loco etiam obiurgasse eum tam verisimile est, ut hoc ipso consilio, ut ubi convicia facta sint iudices doceat, ista verba afferat, loci igitur describendi causa. Nam hoc ut ex eis quae sequuntur clare elucet, imprimis monere studet se non *ἐν συνεδρίῳ* sed extra curiam esse conviciatum. Quapropter in verbis: *τοῦ νόμου — ἠξίωσαν* (§ 6) haec: *ἐάν τις ἀρχὴν ἐν συνεδρίῳ λοιδορῇ*, utpote ex § 9 huc tracta, delenda esse minime cum Dobreo, Fra°. puto. Verum totus locus, quamquam nil ad rem necessarium omnino deest,[2]) sane admodum coartatus est, ut, si usquam, hic excerptorem grassatum esse concederem. Quod autem St. miratur, de hac re, num vere militaverit Polyaenus, nil nobis narrari, id ad causam ipsam eo minus pertinebat, quod probabile esse cognovimus expeditionem illam susceptam non esse. Quomodo etiam nimis in eo haeret, quod qua de causa imperatores *τὸ ἀργύριον πράξασθαι* dubitaverint non legimus; nam conscios sibi culpae eos fuisse, rem ipsam hisce describentem: *ἐπιβαλόντες δὲ τὸ ἀργύριον πράξασθαι μὲν οὐκ ἐπεχείρησαν κ. τ. λ.*, oratorem monere apparet.[3]) — In sequentibus propter ista verba: *μάρτυρας παρεσχόμην* (§ 9) citationem testium a plurimis iure requiri iam vidimus.[4]) Haec deinde: *ἔτι πλείονας καὶ νόμους καὶ ἄλλας δικαιώσεις παρασχήσομαι* (§ 9) iactanter dicta esse — nam nullam nisi unam infra Polyaenus legem affert — p. 43 monui; §§ 11 sq. autem non nimia brevitate, sed verborum abundantia molestae nobis fuerunt. — Quare iam ad §§ sqq. considerandas accedamus. E quibus neque quis fuerit Sostratus neque quomodo cum milite coniunctus nos discere quo iure St. reprehendat non satis intelligo. Nam Sostratus, qui vir fuerat *περὶ τὴν πόλιν ἄξιος λόγου γεγενημένος* (cf. § 13), iudicibus certe tam notus fuit, ut plura de eo afferre orator non opus esse existimaret. Polyaenum autem eius familiarem fuisse eiusque auctoritate ipsum valere coepisse clare apparet ex hisce:

---

[1]) Sequor igitur, quamquam *διείλεγμαι*, ut St. (l. $_1$, p. 506) adnotat, sensu passivo nusquam nisi ap. Isocr. XII, 264 reperitur (*οὐκ ἐθορύβησαν, ὃ ποιεῖν εἰώθασιν ἐπὶ τοῖς χαριέντως διειλεγμένοις*), in interpretatione verbi *διείλεκτο* Reiskium; qui id explicat: *εἴρητο ἐν τῷ διαλέγεσθαι*. A. Fra°. enim, qui subiectum omissum esse statuens ita locum intelligere proposuit (p. 66): *εἶπεν ἐκεῖνος ὁ πολίτης ἐμοὶ διαλεγόμενος*, dissentio, quod ex hisce: *συμβουλευόμενός τινι τῶν πολιτῶν* subj. illud vix potest peti. —

[2]) cf. B., l. l. p. 599, n. 2.

[3]) Item iniuria St. (l. $_2$, p. 90) desiderare mihi videtur *εὐθύς* additamentum vel *ἐν τῇ ἀρχῇ* opp. verbis: *ἐξιούσης δὲ τῆς ἀρχῆς*.

[4]) cf. p. 49.

Σωστράτῳ γὰρ φίλος ἐγενόμην — γνώριμος δὲ γενόμενος διὰ τῆς ἐκείνου δυναστείας κ. τ. λ. (§ 13.) Praeterea verba: *ζῶντος διὰ τὴν ἀνάγκην καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν*[1]) *ἐσχόλαζον* docent Sostrato vivente veteranum amicitia quidem iam cum illo copulatum, sed puerum vel adulescentulum fuisse; quare B. (l. l. p. 597) eum *Σωστράτου ἐρώμενον* non iniuria putat. Rectius mihi deinde St. improbare videtur neque haec, quae promittuntur initio § 13: *δεῖ δ' ὑμᾶς καὶ τῆς ἔχθρας τὴν πρόφασιν εἰδέναι,* neque ea, quae § 15 leguntur: *τὴν μὲν οὖν ὀργὴν διὰ τὰ προειρημένα συνεστήσαντο,* satis exposita esse. Nam tantum abest, ut Polyaenus, postquam se Sostrati amicum fuisse et per eum potentem factum esse breviter commemoravit, quomodo evenerit, ut strategorum inimicitias in se converteret, enuntiet, ut se illa familiaritate neque abusum esse affirmet neque potuisse abuti; sed etiam beneficia se in eos contulisse. Nil igitur nisi hoc unum manifestum est cum illa Sostrati amicitia discidium inter militem et praetores quodammodo cohaesisse. Quo motos eos non solum iterum se militiae adscripsisse et hanc causam contra se intendisse Polyaenus arbitratur (cf. §§ 15 sqq.), sed etiam apud iudices mores suos in suspicionem vocasse. Quomodo fit, ut hoc loco, quamquam non tam narraturus est, qua de causa strategi sibi inimici facti sint, quam secundum ea, quae in prooemio promisit, *τρόπον* suum potius contra adversariorum *διαβολάς* defensurus, de *προφάσει* tamen *τῆς ἔχθρας* se dicturum esse profiteatur. Nam eo, quod se gratiosum quidem fuisse apud Sostratum opesque suas per eum auctas esse concedit neque vero temere se eis usum esse exponit, optime se falsa accusatorum crimina irrita redditurum esse sperat. Quae eo mihi spectasse videntur, ut superbum esse Polyaenum neque aliorum iura agnoscere, sed infensum se cum in alios tum in se ipsos praebere contenderent. Cum autem de inimicitiae causa certum nil legamus, *τὰ προειρημένα* (§ 15) ex antecedentibus satis explicari posse B°. (cf. l. l., p. 599, n. 2) non assentiar; qua de re in eis, quae etiam propter haec: *ἔχω δὲ καὶ τοιαῦτα εἰπεῖν* (§ 14) excidisse iam supra statuimus, accuratius fortasse orator egit. — Ea denique, quae in sequentibus non dilucida exsistunt (*προὔθεσαν τῷ πλήθει βουλεύσασθαι περὶ τοῦ σώματος* [§ 15], *τὸ πέρας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασαν* [§ 17], *παραγαγόντες δὲ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν* [§ 18]), quomodo intelligenda sint, iam p. 26 sqq. exposuimus.

Quibus perlustratis demonstrasse mihi videor nos plurimos eorum locorum, in quorum obscuritate offendimus, partim certo partim verisimili modo interpretari posse; quare lacunas maiores duas tantum in oratione inesse concedendum nobis erat; admodum curta autem

---

[1]) cf. p. 40, n. 2.

una narratio apparebat. Quam ab excerptore corruptam esse negabimus, eis examinatis, quae praeterea aliena sunt ab opinione St.[i]. Qui optimo iure monet diversarum orationum epitomas quoque diversas esse debere; sed ipse profitetur ($l._1$, p. 521 sq.) inquirentibus nobis, num oratio quaedam Lysiacae sylloges breviarium sit, undecimam, quae quin decimae epitome sit hodie nemo dubitat, minime esse negligendam. Quod fidem nobis facit. Nam primum ex comparatione illius orationis cum antecedente facta clare elucet, quo omnino consilio quaque ratione excerpta sit. Deinde autem verisimile est, si quis, eundem, qui decimam orationem in epitomen redegit, cum alias tum nonam contraxisse. Quam valde alieno modo coartatam esse eo minus est cur censeamus, quod de causa agit haud dispari. Contra Theomnestum enim, qui, a Lysitheo quodam, quod armis abiectis pleno civium iure uteretur, accusatus, decimae orationis actori[1]) exprobraverat, quod patrem interemisset, actio *κακηγορίας* instituta erat. Conferentes igitur ea, quae nostrae, cum eis, quae undecimae orationis propria sunt, si permagnum statuere potuerimus discrimen, hoc non parvi momenti fore existimo ad refutandam St.[i] sententiam.

Ut ex A.[i] dissertationis supra c. initio, ubi (p. 1—11) pluribus explicuit, quae ratio inter excerptum illud et *πρωτότυπον* intercedat, dilucide apparet, id egit epitomator, ut ad rem cognoscendam maxime necessaria tantum retineret. Quare quamquam etiam ea, quae ad ipsam causam pertinebant, quantum potuit, in angustum coegit interdumque ita mutilavit, ut, nisi Lysiam inspexerimus, intelligi nequeant, imprimis tamen ea, quae extra litem vel ante litem facta in *πρωτοτύπῳ* afferuntur, neglexit, non modo singula verba et enuntiata arctius inter se coniungens vel omittens, sed etiam totas partes. Ut in prooemio, in quo primum de rebus hunc *ἀγῶνα* antecedentibus agitur et deinde cur hoc ipsum crimen sibi a Theomnesto datum persecuturus sit actor iudicibus exponit, tam proterviter grassatus est, ut, nimiae brevitati studens, artificium eius omnino pessumdederit et, omnia singularia contemnens, rem ipsam tenebris obvolverit; deinde §§ 15—20, cum orator eis doceat, etiam in aliis legibus non nomen criminis sed causam respici, omisit; porro §§ 24 sq., quibus Dionysius, priore quodam iudicio a Theomnesto falsi testimonii arcessitus, damnatus esse refertur, de rebus igitur sermo est, quae iterum ad litem ipsam nil valent, plane neglexit. Quo factum est, ut etiam omnes eae partes, quibus Lysias cum ludibrio vel ironia in reum invehitur, in breviario desint, ut §§ 11 sq., quod talem irrisum, qualis in eis inesset, epitomae frigidae haud idoneum sensit excerptor, et finis § 28 totaque § 29, ubi res a reo eiusque patre prius gestae acerbe per-

[1]) qui cum Dionysio testis affuerat Lysitheo in illa causa.

stringuntur. Quocum congruit, quod iudicum appellationes et nomina propria vitantur et μαρτυρίαι vel νόμοι in oratione decima allata anxie repudiantur. Adde quod, cum complura misceret excerptor, dispositio aliquatenus corrupta est; et habes in universum epitomes imaginem. — Quam aliter res sese in nostra oratione praebent. Ubi primum prooemium, deinde eas paragraphos, quibus Polyaenus magno cum ardore se contra accusatores vertit (§§ 15 sqq.), porro epilogum, quibus in partibus nil fere eorum, quae proferuntur, plane ad causam ipsam pertinet, tantum abest, ut negligenter tractaverit orator vel coartaverit, ut eis uberius absolvendis imprimis operam dedisse videatur. Quarum verbositatem in magna sententiarum penuria excerptori, qui mutilavit, non amplificavit, nullo modo tribuere licet. Sed ne argumentatio quidem epitomes vestigia praestat. Nam in priore eius parte et eadem sententia bis tractatur et admodum multa verba de eadem re fiunt, in secunda nonnulla, quae non clara sunt, lacuna illa a nobis supra statuta satis excusantur. Praeterea autem hac in parte ut etiam in narratione, quae sane, quamquam nil neque ad actionem ipsam neque ad res ante litem factas necessarium omnino deest, valde pressa est, illum ipsum, qui orationem fecit, brevitati studuisse verisimile est, quod, ut vidimus, affectus iudicum movendo magis se Polyaeno profuturum esse speravit quam diligenter narrando vel argumentando. Accedit quod in undecima oratione in universum excerptorem eandem rationem inde a prima usque ad ultimam paragraphum adhibentem sentimus, in nostra autem partium singularum proprietas diversissima est et eae ipsae, quae facilius poterant contrahi magisque quae mutilarentur idoneae erant, uberius narratione tractatae sunt; id quod probabilius ex nostra sententia modo descripta explicari posse puto quam e St[i]. Qui magnum discrimen inter prooemii, §§ 15 sqq., epilogi et narrationis, argumentationis naturam esse concedens, eum, qui hanc orationem in epitomen redegisset, non item illas atque has corrupisse dicit, quod rhetorico abundassent ornatu. Cuius eum studiosum fuisse. Quae opinio repellitur eis, quae St. ipse disputatione sua extrema protulit. Ubi ex eo, quod or. VIII., quam ut nostram epitomen esse existimat, or. IX., or. X. similes suppositae sunt causae, concludit excerptorem orr. tales lites tractantes coartasse, ut κακηγοριῶν exempla sibi colligeret. Quod si concederemus, veri dissimillimum esset eum hoc tam diversa ratione facturum fuisse, ut in or. X. causae, in IX. autem eis, quae, quod extra causam erant, in illa consilio evitavit, operam daret, praesertim cum etiam in X. or. multa insint, quae oratorium praestant ornatum. Deinde autem eum, qui causas quasdam conquisiturus est, non tam id intendere, ut breviario rhetoricum cultum adhibeat, sed ut eo neglecto res tantum ad causam ipsam spectantes retineat, per se iam probabile est. Ita St. secum ipso

pugnat. Adde quod cum aliorum locorum tum §§ 15 sqq. indoles valde differt ab ea, quam epitomes propriam fuisse cognovimus; quomodo etiam neque nomina neque allocutiones anxie repudiata sunt. Dispositionem denique admodum perspicuam esse pluribus supra exposuimus.

Quibus expositis cum appareat orationem nostram excerptam non esse, cur porro St, *πρωτότυπον* eius Lysiae abiudicantem, reiciamus non habemus. Nam quaecunque a Lysiae consuetudine in illa aliena sunt, non epitomatori, sed ei ipsi, qui orationem scripsit, tribuenda sunt. Quem Lysiam esse non posse vidimus.

Corrigenda:

p. 8	v. 17:	respicienda	pro	respicenda
„ 12	„ 35:	attulisse	„	attulisse se
„ 15	„ 18:	quatenus	„	quantenus
„ 25	n. 3, v. 16:	existiment	„	existement

p. 6	n. 1, v. 5:	*ἐξόδους*	pro	*ἑξόδους*
„ 7	v. 14:	*οἱ*	„	*οἰ*
	n. 2:	*οἱ*	„	*οὶ*
„ 10	v. 32:	*ὀργῆς*	„	*οῤγῆς*
	„ 39:	praecautum	„	praocantum
„ 15	„ 21:	*λεύκωμα*	„	*λεὺκωμα*
„ 16	„ 15:	*ὑποδέχεσθαι*	„	*ὐποδέχεσθαι*
„ 31	„ 19:	*ἀλλὰ γὰρ*	„	*ἀλλά γὰρ*
„ 36	„ 12:	*λόγους*	„	*λὸγους*
„ 38	„ 11:	sequuntur	„	sequntur.

Nomina virorum dd. per notas scripsi haec:

A	=	Albrechtius
B	=	Blassius
Ba	=	Bakius
Ber	=	Berbigius
Boe	=	Boeckhius
C	=	Carelius
Foe	=	Foertschius
Fra	=	Franckenius
Fri	=	Fritzschius
H	=	Heffterus
Her	=	Hermannus
Le B	=	Le Beauus
L-M-Sch	=	Lipsius Meierus Schoemannus
Mue	=	Muellerus
No	=	Nowackius
Pl	=	Platnerus
S	=	Siegfriedius
St	=	Stutzerus
St_1	=	Herm. XIV, p. 499 sqq.
St_2	=	Herm. XVI, p. 89 sqq.
Th	=	Thomaschikius.

Vita.

Ego, Otto Rudolfus Pabst, natus sum a. d. IV. Non. April. a. h. s. LXIV. in Saxoniae urbe, quae vocatur Stollberg, patre Hugone mercatore et matre Anna e gente Bauermeister, quos mortuos esse vehementer doleo. Fidem profiteor evangelicam. Litterarum rudimentis imbutus, puer decem annorum receptus sum in gymnasium Zwiccaviae urbis, quo parentes transmigraverant. Ibidem a. h. s. LXXXIII. maturitatis tentamen superavi. Tum militis officio absoluto, Lipsiae per novem semestria philologiae et classicae et vernaculae, historiae, philosophiae operam navavi. Audivi viros doctissimos: Arndt, Crusius, Curtius, Eckstein, Gardthausen, Heinze, Hildebrand, Lange, Lipsius, Masius, Meyer, Overbeck, Ribbeck, Richter, Rohde, Wachsmuth, Windisch, Wundt, Zarncke. Seminaria atque societates philologica, germanica, paedagogica frequentavi de Bahderi, Crusii, Hirzelii, Lipsii, Ribbeckii, Richteri, Zarnckii. Quibus viris omnibus, imprimis Lipsio, gratias ago quam maximas. Superato deinde examine rei publicae legitimo iussu ministerii regii gymnasio Zwiccaviensi addictus sum candidatus probandus rectore Erlero, praeceptore carissimo.

